MC
108.370

FRAGMENTA CODICUM
IN BIBLIOTHECIS HUNGARIAE I|2

FRAGMENTA LATINA CODICUM IN BIBLIOTHECA SEMINARII CLERI HUNGARIAE CENTRALIS

RECENSUIT: *LADISLAUS MEZEY*

AKADÉMIAI KIADÓ • BUDAPEST

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

FRAGMENTA LATINA CODICUM IN BIBLIOTHECA SEMINARII CLERI HUNGARIAE CENTRALIS

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

FRAGMENTA CODICUM IN BIBLIOTHECIS HUNGARIAE
I/2

AKADÉMIAI KIADÓ, BUDAPEST 1988

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

Recensuit
LADISLAUS MEZEY

cum sociis in opere
ADRIANA FODOR
EDITHA MADAS
GABRIELE SARBAK
TÜNDE WEHLI
IUDITHA LAUF-NOBILIS
CATHARINA FÜLEP
LADISLAO VESZPRÉMY
ZOLTANO FALVY
WALTER PASS
PETRO ERDŐ
CLARA BOROSS

FRAGMENTA LATINA CODICUM IN BIBLIOTHECA SEMINARII CLERI HUNGARIAE CENTRALIS

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

ISBN 963 05 4865 8 összkiadás
ISBN 963 05 4866 6 1/2 kötet
ISSN 0236-5367

© Akadémiai Kiadó, Budapest 1989 (heredes Ladislai Mezey)
Coeditio cum Otto Harrassowitz, Wiesbaden

Printed in Hungary

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

MC 108.370

R 2

1989

IN MEMORIAM LADISLAI MEZEY (1918—1984)

Inventor et auctor operis, quod inscribitur „Fragmenta codicum in bibliothecis Hungariae", litterarum in Hungaria Latine scriptarum earumque quodammodo sepultarum suscitator, vir bonus, doctissimus et vere humanus L a d i s l a u s M e z e y die XIV mensis Aprilis a. 1984 fato defunctus est. Multis ille bonis flebilis occidit, nullis flebilior, quam quibus Latinitas, id est humanitatis cultus cordi est. Quis desiderio sit pudor aut modus tam cari capitis? Et idem non vidit operis sui continuationem, non vidit oculis mortalibus tomum secundum, fragmenta aliorum codicum continentem eumque en publici iuris factum. At nunc videt de illo loco illustri et claro amicos, discipulos id ipsum agere pergentes, quod ipse excogitaverat inceptumque nobis exsequendum legavit. Vovimus enim nos, cum Eum ad ultimum allocuti essemus, fragmentorum eius, quae licet sint lacera, solidam tamen imaginem quandam litterarum Medii Aevi in Hungaria praebent, fidos fore curatores, nec qui haec monumenta vetustatis colere eaque collecta proponere desinant.
Ladislae, qui LAVS DATVS es POPVLO TVO DIVINITVS, amice carissime, collega et magister numquam obliviscende, in aeternum ave atque vale!

Országos Széchényi Könyvtár

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

CONSPECTUS MATERIAE

5 IN MEMORIAM LADISLAI MEZEY

9 INDEX NUMERICUS FRAGMENTORUM CUM ARGUMENTIS

15 AD LECTOREM

17 DESCRIPTIO FRAGMENTORUM 1—246

19 I. Biblica, patristica, sermones
43 II. Universitaria et scholaria
73 III. Liturgica cum cantu
128 IV. Liturgica sine cantu

203 ABBREVIATIONES, BIBLIOGRAPHIA, INDICES, INITIA

205 Abbreviationes
209 Bibliographia
209 Textus et subsidia
210 Commentationes per libros et articulos

211 Index personarum et rerum
213 Index possessorum
215 Index chronologicus
216 Genus scripturarum
217 Provenientia fragmentorum
217 1. Provenientia originis et usus
218 2. Compactor communis
218 3. Una tradita Hungarica
218 4. Liber tradens Hungaricus

219 Dominicae, feriae et festa Domini per anni circulum
225 Index sanctorum et missae votivae
227 Initia cantuum missae
227 Introitus
228 Gradualia

229 Versus alleluiatici
230 Tractus
231 Sequentiae
231 Offertoria
232 Communiones
233 Antiphonae in missalibus
234 Hymni in missalibus

235 Initia orationum missae
235 Orationes
237 Secreta
240 Postcommuniones
242 Orationes super populum

243 Initia cantuum officii
243 Invitatoria
243 Antiphonae
248 Responsoria
252 Hymni

253 IMAGINES FRAGMENTORUM PHOTOTYPICE EXPRESSAE

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

INDEX NUMERICUS FRAGMENTORUM CUM ARGUMENTIS

I. BIBLICA, PATRISTICA, SERMONES

S. Fr. I. m. 1. Beatus a Liebana: Commentaria in Apocalypsin
2. Augustinus: Sermo de Psalmo XLIX. — Caesarius Arelatensis: Sermo de eodem Psalmo
3. Homiliarium Carolinum (Heirici Altissiodorensis)
4. Origenes: In Exodum Homiliae
5. Augustinus: Enarrationes in Psalmos
6. Zacharias Chrysopolitanus: De concordia evangelistarum sive unum ex quattuor (Monotesseron)
7. Zacharias Chrysopolitanus: De concordia evangelistarum sive unum ex quattuor (Monotesseron) — Concordantia
8. Expositio in Psalmos
9. Tractatus de patientia Dei
10. Gerardus de Leodio: De doctrina cordis
11. Biblia Sacra. Vulgata. Amos
12. Flores Cassiani
13. Dictionarium seu vocabularium mysticum
14. Biblia Sacra. Vulgata. Iohannes
15. Biblia Sacra. Vulgata. Genesis
16. Biblia Sacra. Vulgata. Genesis
17. Gregorius Magnus: Moralia in Iob
18. Tractatus de puritate cordis
19. Sermonarium
20. Sermonarium
21. Sermonarium
22. Cassiodorus: Historia ecclesiastica tripartita
23. Sermonarium
24. Meditationes super Ps 122 et pericopas dominicarum
25. Jacobus de Voragine: Legenda aurea
26. Sermonarium
27. Cassiodorus: Historia ecclesiastica tripartita
28. De reformatione monachorum
29. Augustinus: Enarrationes in Psalmos

II. UNIVERSITARIA ET SCHOLARIA

Grammatici et auctores

30. Priscianus: Institutiones grammaticae
31. Guillelmus Brito: Expositiones vocabulorum Bibliae
32. Guillelmus Brito: Expositiones vocabulorum Bibliae
33. Balbus, Iohannes: Catholicon
34. Balbus, Iohannes: Catholicon
35. Iosephus Flavius: Antiquitates Iudaicae

Philosophia naturalis

36. Ps-Geber: Summa perfectionis magisterii in sua natura

THEOLOGIA

37. Glossa ordinaria ad Librum Exodi et ad Librum Leviticorum
38. Glossa ordinaria in Iohannem
39. Petrus Lombardus: Collectanea in epistolas Pauli
40. Hugo a Sancto Caro: Postillae super libros Bibliae
41. Lectura in Librum Proverbiorum
42. Thomas de Aquino: Catena aurea in Matthaeum
43. Thomas de Aquino: Catena aurea in Matthaeum
44. Tractatus de scientia sive sapientia Dei
45. Tractatus theologicus de forma donationis Corporis Christi

LEX

46. Codex cum apparatu Accursii Florentini
47. Digestum vetus cum apparatu Accursii Florentini
48. Digestum novum cum apparatu Accursii Florentini

CANONES

49. Collectio Pseudo-Isidoriana
50. Decretum Gratiani
51. Decretum Gratiani cum apparatu Bartholomaei Brixiensis
52. Decretum Gratiani cum apparatu Bartholomaei Brixiensis
53. Decretum Gratiani cum apparatu Bartholomaei Brixiensis
54. Decretum Gratiani cum apparatu Bartholomaei Brixiensis
55. Decretum Gratiani cum apparatu Bartholomaei Brixiensis
56. Decretum Gratiani cum apparatu Bartholomaei Brixiensis
57. Summa de iure canonico
58. Guido de Baysio: Rosarium Decreti
59. Decretales cum apparatu Bernardi de Botone
60. Decretales cum apparatu Bernardi de Botone
61. Decretales cum apparatu Bernardi de Botone
62. Lectura in Decretales
63. Hostiensis (Henricus de Segusio): Lectura in Decretales
64. Bernardus de Botone: Casus longi
65. Bernardus de Botone: Casus longi
66. Liber Sextus cum apparatu Johannis Andreae
67. Vocabularium utriusque iuris
68. Liber protocollorum

MEDICINA

69. Rhazes, Muhammad: Liber divisionum
70. Simon de Ianua: Synonyma medicinae

III. LITURGICA CUM CANTU

PSALTERIA

71. Psalterium chori
72. Psalterium chori OCarth
73. Psalterium chori cursus ecclesiasticus

ANTIPHONALIA

74. Antiphonale Franco-Romanum
75. Antiphonale monasticum Germaniae
76. Antiphonale Franco-Romanum incerti ritus

77. Antiphonale Johannitarum
78. Antiphonale dioecesanum Franco-Romanum
79. Antiphonale
80. Antiphonale Franco-Romanum
81. Antiphonale Franco-Romanum incerti ritus
82. Antiphonale Agriense
83. Antiphonale Franco-Romanum incerti ritus
84. Antiphonale dioecesanum Franco-Romanum
85. Antiphonale dioecesanum Franco-Romanum
86. Antiphonale Franco-Romanum
87. Antiphonale dioecesanum Franco-Romanum
88. Antiphonale dioecesanum Franco-Romanum
89. Antiphonale Franco-Ro manum
90. Antiphonale OPaul
91. Antiphonale Franco-Romanum
92. Antiphonale Franco-Romanum
93. Antiphonale Franco-Romanum
94. Antiphonale incerti ritus
95. Antiphonale Franco-Romanum (Strigoniense?)
96. Antiphonale OPraed
97. Antiphonale OPaul
98. Antiphonale monasticum
99. Antiphonale Franco-Romanum incerti ritus
100. Antiphonale monasticum (?)
101. Antiphonale Romano-Seraphicum

VESPERALIA

102. Vesperale dioecesanum Franco-Romanum
103. Vesperale Strigoniense

BREVIARIA

104. Breviarium notatum dioecesanum Franco-Romanum
105. Breviarium notatum dioecesanum Franco-Romanum
106. Breviarium notatum dioecesanum Franco-Romanum
107. Breviarium notatum dioecesanum Franco-Romanum
108. Breviarium notatum dioecesanum Franco-Romanum
109. Breviarium notatum Strigoniense
110. Breviarium notatum Strigoniense
111. Breviarium notatum Strigoniense

GRADUALIA

112. Graduale (Kyriale?)
113. Graduale
114. Graduale Franco-Romanum
115. Graduale Franco-Romanum
116. Gradualis pars prosarium
117. Gradualis pars prosarium
118. Graduale Franco-Romanum
119. Graduale Franco-Romanum
120. Graduale
121. Graduale Salisburgense seu Pataviense
122. Graduale
123. Graduale
124. Graduale
125. Graduale Franco-Romanum

PROSARIA

126. Prosarium Franco-Romanum
127. Prosarium OPraem
128. Prosarium
129. Prosarium Franciscanum

MISSALIA

130. Missale notatum Franco-Romanum
131. Missale notatum
132. Missale, Passio cum cadentiis
133. Missale notatum Franco-Romanum incerti ritus
134. Missale notatum Franco-Romanum incerti ritus
135. Missale notatum Franco-Romanum
136. Missale notatum Franco-Romanum incerti ritus
137. Missale notatum
138. Missale notatum
139. Missale notatum Franco-Romanum incerti ritus
140. Missale, Passio cum cadentiis
141. Missale notatum Pataviense
142. Missale notatum
143. Missale notatum Franco-Romanum
144. Missale, Passio cum cadentiis

ALIA

145. Processionale
146. Cantionale polyphonicum

IV. LITURGICA SINE CANTU

CALENDARIA

147. Calendarium
148. Calendarium Franco-Romanum

PSALTERIA

149. Psalterium chori
150. Psalterium chori monasticum

LECTIONARIA

151. Lectionarium chori Franco-Romanum
152. Lectionarium chori Franco-Romanum
153. Lectionarium chori Franco-Romanum incerti ritus
154. Lectionarium chori incerti ritus
155. Lectionarium chori incerti ritus
156. Lectionarium chori
157. Lectionarium chori Franco-Romanum
158. Lectionarium chori
159. Lectionarium chori
160. Lectionarium chori Franco-Romanum

COLLECTARIUM

161. Collectarium OCist

Breviaria

162. Breviarium monasticum
163. Breviarium Franco-Romanum incerti ritus
164. Breviarium OPraed
165. Breviarium OPraed
166. Breviarium dioecesanum Franco-Romanum
167. Breviarium monasticum (OSB?)
168. Breviarium Pragense
169. Breviarium Strigoniense
170. Breviarium dioecesanum Franco-Romanum
171. Breviarium Romanum
172. Breviarium Romanum
173. Breviarium dioecesanum Franco-Romanum
174. Breviarium dioecesanum Franco-Romanum
175. Breviarium Franco-Romanum
176. Breviarium Wratislaviense
177. Breviarium dioecesanum Franco-Romanum

Diurnale

178. Diurnale Pataviense

Sacramentaria

179. Sacramentarium Gregorianum
180. Sacramentarium
181. Sacramentarium
182. Sacramentarium Pataviense

Prosaria

183. Prosarium Franco-Romanum
184. Prosarium missalis

Lectionaria

185. Lectionarium missae
186. Lectionarium missae
187. Lectionarium missae
188. Lectionarium missae Pataviense seu Strigoniense antiquioris ordinis

Missalia

189. Missale
190. Missale Franco-Romanum
191. Missale
192. Missale dioecesanum Franco-Romanum
193. Missale dioecesanum Franco-Romanum
194. Missale Franco-Romanum
195. Missale OMin
196. Missale
197. Missale dioecesanum Pataviensi proximum
198. Missale Pataviense
199. Missale
200. Missale Pragensi proximum
201. Missale Franco-Romanum
202. Missale dioecesanum Franco-Romanum
203. Missale dioecesanum altaris maioris, incerti ritus

204. Missale dioecesanum propinquius Pataviensi
205. Missale dioecesanum propinquius Pataviensi
206. Missale
207. Missale iuxta usum Pataviensem
208. Missale Franco-Romanum incerti ritus
209. Missale Franco-Romanum
210. Missale itinerantium
211. Missale Franco-Romanum (Augustanum?)
212. Missale dioecesanum Franco-Romanum
213. Missale dioecesanum Franco-Romanum
214. Missale Pataviense seu Strigoniense antiquioris ordinis
215. Missale Franco-Romanum incerti ritus
216. Missale
217. Missale Franco-Romanum incerti ritus
218. Missale Franco-Romanum
219. Missale Franco-Romanum
220. Missale incerti ritus
221. Missale Franco-Romanum (Frisingense?)
222. Missale Franco-Romanum incerti ritus
223. Missale Franco-Romanum (Pataviense?)
224. Missale Franco-Romanum incerti ritus
225. Missale Strigoniense antiquioris ordinis
226. Missale dioecesanum Franco-Romanum
227. Missale OPraem proximum
228. Missale Franco-Romanum
229. Missale Franco-Romanum (Johannitarum?)
230. Missale Franco-Romanum incerti ritus
231. Missale Franco-Romanum
232. Missale Franco-Romanum
233. Missale Franco-Romanum
234. Missale Franco-Romanum
235. Missale Franco-Romanum Pataviense seu Strigoniense antiquioris ordinis
236. Missale Franco-Romanum incerti ritus
237. Missale
238. Missale Franco-Romanum
239. Missale Strigoniense antiquioris ordinis
240. Missale Strigoniense antiquioris ordinis
241. Missale Franco-Romanum incerti ritus
242. Missale Pataviense
243. Missale
244. Missale cantus absque notis („Graduale sine cantu") Franco-Romanum

ALIA

245. Processionale
246. Rituale

AD LECTOREM

In parte priore voluminis primi anno 1983 edita fragmenta 300 Bibliothecae Universitatis Budapestinensis descripta sunt. Haec pars secunda descriptiones 246 fragmentorum Latinorum Seminarii Centralis Cleri Hungariae continet, quae collectio cum illa historice cohaeret. Libri et manuscripta Iesuitarum iussu Clementis XIV. anno 1773 et aliorum ordinum iussu imperatoris Iosephi II. annis 1782—1787 abolitorum magna ex parte in possessionem Bibliothecae Universitatis pervenerunt. Ex quibus libris utpote theologicis et exemplaribus duplicatis a Bibliotheca Universitatis dono acceptis rector primus Seminarii D. Ignatius Baernkopf anno 1806 (loco veteris bibliothecae ordinis Paulinorum anno 1786 aboliti) bibliothecam novam Seminarii Centralis instituit. Quoad dispositionem materiae huius partis tomum primum secuti sumus excepto ordine fragmentorum liturgicorum „cum cantu" et „sine cantu". In describendis fragmentis operam dedimus, ut abbreviationibus quam minimis uteremur. Imaginibus phototypice expressis transcriptiones textuum non addidimus. Cum libro fragmentum tradenti plura quaedam colligata sunt, descriptionem damus non solum partis primae, sed etiam posterius impressae, necnon earum, quae nomen alicuius possessoris inscriptum praebent. Hoc enim modo „terminus post quem" teguminis et provenientia fragmentorum clarius apparent. Plura fragmenta eiusdem codicis, quae pro teguminibus diversorum librorum inserviebant, una tradita sive pluribus libris communia sive Hungarica, liberque tradens in Hungaria impressus provenientiam usus Hungaricam testantur (ista fragmenta in indice proprio inveniuntur). Quaestiones provenientiae fragmentorum in parte tertia fragmenta Bibliothecae Universitatis Budapestinensis alia trecenta continenti explanabuntur. Fragmenta liturgica in hac quoque parte numero praeponderant. Cum textus liturgici et in una eademque dioecesi multum inter se differant, id solum egimus, ut proprietates ordinis textuum monstraremus.

Hoc loco nomina eorum grato animo proferre licet, qui nobis auxilio astabant: imprimis Academiae Scientiarum Hungaricae et Ministerio pro rebus culturae Hungarico. Libenti animo gratias referre debemus Dr. Stephano Diós bibliothecario Seminarii Centralis pro assidua et prompta cooperatione. In fragmentis nonnullis penitus cognoscendis humaniter nos adiuvabant Prof. Anscharis Mundó (Barcinonae), Prof. Raymond Creytens (Romae), Prof. Maria-Theresia d'Alverny (Parisiis), Prof. Léon Gilissen (Bruxellae), Prof. Otto Mazal (Viennae), Dr. Eva Irblich (Viennae), Prof. André Vernet (Parisiis). Prof.

Anscharis Mundó et Prof. Otto Mazal etiam huius partis examinandi munus exsecuti sunt.

Laboribus ad primam et secundam classem fragmentorum, id est patristicorum et universitariorum Prof. Ladislaus Mezey non ita pridem defletus et semper desideratus, nec non Adriana Fodor adiutrix eius praefuerunt. In rebus utriusque iuris Petrum Erdős consultabamus. Editha Madas et Gabriel Sarbak onus describendorum fragmentorum liturgicorum susceperunt. Quibus accedit Catharina Fülep praecipue in identificatione materiarum una traditarum. Partes suas egregias habent Iuditha Lauf-Nobilis et Ladislaus Veszprémy in indicibus conficiendis et in praeparatione manuscripti technica, nec non Clara Boross in explicandis provenientiae quaestionibus. Quae ad ornamenta librorum spectant, Tünde Wehli, quae ad artem musicam, Prof. Walther Pass (Viennae) et Prof. Zoltanus Falvy nos adiuvabant. Gratiam quam par est, referimus Arpado Zsigmondy pro praeparatione manuscriptorum Germanicorum una traditorum, et sociis operis „Res Litteraria Hungariae Vetus Operum Impressorum" pro auxilio in identificatione impressorum Hungaricorum una traditorum. Resarciendis membranis et chartaceis pagellis, ut in prima parte, artis huius periti in Bibliotheca Universitatis operam dabant, quod Veronica Szalay continuavit et complevit. Imagines phototypice expressit Julius Frey.

Datum Budapestini, Idibus Decembris a.D. MDCCCCLXXXIV

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

DESCRIPTIO FRAGMENTORUM
1 — 246

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

S. Fr. 1. m. 1. Tab. 1
s. 9/1.

BEATUS A LIEBANA

Fragm. membr. — f 1 — 230×100 mm — binae columnae — lineae exstantes 20 — pars scripta non integra *205×*90 mm, integra cca 220×160 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: minuscula carolina primaeva, ut videtur Italiae superioris (Nonantulensis) s. 9/1. (cf Mss dai t. I, II, III.) — manus unica — abbreviationes consuetae aevi carolini: *m*, *n*:' — encaustum brunatici potius coloris, pondus litterarum mediocre, angulus parumper a recto dextrorsum tendens, litterae aequaliter tractatae a scriptore bene probato; interpunctio: pausa media supra lineam punctum, finalis punctum et subtus virgula. Signum allegationis. Orthographia: *israhelita, Reliqui, septe* (deest ' pro m), *Discribit, farine.* — Pro litt. *a: cc*, *e* longior — Ligaturae: *et, ri, ex, er, ec, st.*

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: BBd 17 (1—19): Martinus, Jacobus: Diaskesis philosophica de agicis actionibus... [Wittebergae] 1623. — Coll. 5: Scharfius, Johannes: Disputatio Aristotelica... de felicitate civili. Wittebergae 1625. — Coll. 10: Avenarius, Johannes: Succincta politici adumbratio. Wittebergae 1624. — Pro tegumine eiusdem libri inserviebat etiam S. Fr. 1. m. 150.

POSSESSOR: (coll. 10. ante comp.:) *Praestantiss. dominum N. Tasenbacherum ad pro[pria]* ...

UNA TRADITA: Fragmenta manuscripta chartacea: Praedicationes Germanicae Augustanae Confessionis s. 17/1.

PROVENIENTIA: originis Italica (cf Scripturam), usus potest esse Hungarica (cf Bibl.).

Beatus a Liebana: Commentariam in Apocalypsin. L. 4. cc 15—18., 23—24.

f 1ra inc.: *unc[tio]nem [et sangui]nem domini* (L. 4. c. 15)
des.: ... *doctrinam ex mo[dico]* (c. 18)
f 1rb et f 1va textus decisus
f 1vb inc.: *fuerunt nobis magis* (c. 23)
des.: ... *et cum aperu[isset quartum sigillum]* (Apc 6, 7) (c. 24).

ED.: Sanders, H. in: Papers and Monographs of the American Academy in Rome VII. Roma 1930. 337—338.

VAR. LECTIONES: dicit, in quem fuerit, laedi minime potest 15: *om.;* et hordeo 16: hordeum; magnis sive in minimis, id est sive in episcopis: magnis et minimis sive in prepositis [!]; bilibra enim unus modius est et tres bilibras tres modii sunt: *om.;* similiter: *om.;* mensurae satis 17: mensuris; id est, tribus semodiis: *om.;* hoc in mysterio: rationis [!]; non debuerat dicere: sufficeret in [fari]na; nominaret: diceret; fermentum, id est 18: *vix legibilis, om.?*

PUBL.: Mezey L.: Egy korai karoling kódextöredék. (Ticonius in Apocalypsin?) = MKSz 92. 1976. 15—24.; Mezey L.: Un fragment de codex de la première époque carolingienne (Ticonius in Apocalypsin?) = Miscellanea codicologica F. Masai dicata MCMLXXIX. Gand 1979. 41—50.

NOTITIA: identificationem auctoris (Beatus a Liebana) benigno auxilio R. Étaix (Lugdunum) debemus (anno 1980).

S. Fr. 1. m. 2. Tab. 2.

s. 12/1.

AUGUSTINUS, CAESARIUS ARELATENSIS

Fragm. membr. — ff 2, quaternionis intermedium bifolium, desunt duo media bifolia — 233×380 mm — lineae exstantes 25 — pars scripta integra 215×140 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina, indoles Germanica (Bischoff 26.) s. 12/1. — manus unica — abbreviationes plerumque consuetae, sed notandus est litterarum suprapositarum uberior usus. Interpunctio: punctum pausam mediam et finalem indifferenter notat, suspensionem vero punctum cum linea undulata indicat.

ORNAMENTA: una littera initialis rubra lineis nigro colore per pennam ductis ornata (cf Tab.).

LIBER TRADENS: C. I. 6: Ius canonicum Universum seu commentarii in libros V. Decreti Gregorii IX. (manuscriptum, 1665.).

POSSESSOR: non notantur.

UNA TRADITA: impressa Latina: Idea principis Christiani. Coloniae 1638., in epistola dedicatoria: *Cardinalis Pazman Strigoniensis Archiepiscopus et Ungariae Primas* (Ferdinandi II. Virtutis Testimonium) — impressa Italica: Missa VI. pro defunctis (polyphonica) a 6 et a 10, Basso continuo.

PROVENIENTIA: originis Germanica meridionalis, usus potest esse Hungarica.

Augustinus: Sermo de Psalmo XLIX. — Caesarius Arelatensis: Sermo de eodem Psalmo

f 1 inc.: *[di]cerem. Nec per os vestrum siluit.* (237, 19)
des.: ... *quia siluit in iudi[cio]* (239, 73)

f 2 inc.: *reddetur vobis. Sed numquam te ...* (248, 109)
des.: ... *et putet se ante tribunal* (Caesarius: CChL 103, 545).

ED.: Augustinus: CChL 41, 237—239 et 248—250.
Caesarius Arelatensis: CChL 103, 545.

VAR. LECTIONES: Augustinus: Sermo 17. (cf CChL 41.)
f 1r: nam facile 237, 21: nam respondi facile; audire: aure; magister 22: magister noster; obediendi 26: obendiendi *(error scriptoris);* alterius 29: alcioris; autem non vult 30: autem ille non vult; iustum ab iniusto 37—38: iustum; ostenderis 38: ostendens; iam periculum 45: [iam attendite] periculum
f 1v: *valde detritum est, quo nonnullae tantum lectiones variae hic dari possunt:*
honor meus iste est, possessio mea ista est, gaudium meum hoc est, gloria mea ista est 48—50: honor meus, gloria mea ista est; audieris 50: audieritis; liberabo ego animam 51: liberabo animam; contemnere 53: contempnere; Obduritia 55: obduruit; contemnat 59: contempnat; Abundat 60: Habundat; contemnitur: contempnitur; ebriosorum 61: ebriosum; pungitur 62: pungitur vellicatur; et dolet, aut sanum est aut est in illo spes aliqua sanitatis. Quando autem tangitur pungitur 62—63: *om.*
— *variae lectiones maxime* „QDp" *concordant!* —
f 2: Sermo 18. (cf CChL 41.)
uni 248, 111: *om.;* ideo mihi 112: *o.i.* videretis 113: videritis; qui conantur si fieri potest delere praecepta dei 114—115: *om. (error scriptoris?);* ecclesias 116: ecclesia; praedicentur: praedicantur; illi 118: ille; dicet, in caelo 121—122: in caelo dicet; laborabant 123: laborant; Membris: Si membris; laturarios 125—126: laturios; illud 131: ille; utilem 141: utile; illi 143: ille; bona omnia opera tua 144: omni opera bona tua; colligantur 145: colligebantur; forte conversus: *o.i.* invenientur 146: inveniuntur; voluisti 149: noluisti; conversi 152: conversus
— *variae lectiones maxime* α *concordant! (Munich, Staatsbibl. lat. 14445: s. 11, Saint-Emmeran de Ratisbonne)*
Caesarius Arelatensis: Sermo (cf CChL 103.) hoc ostendere 522, 10: ostendere; ut male 11: at male; de proximis: de proxime; derogares 12: derogaret; tuo: suo; securitate se 13: *o.i.*
PUBL: Bouhot, J.-P.: Un sermonnaire carolingien. 185. et Bischoff, B.: Die südostdeutschen Schreibschulen in der Karolingerzeit. Teil II. 257. Veszprémy L.: Egy XII. sz.-i sermonarium töredék. MKSz 102, 1986, 53—60.

S. Fr. 1. m. 3. Tab. 3.

s. 12/m.

HOMILIARIUM CAROLINUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi intermedium bifolium, desunt 2 media bifolia — binae columnae — lineae exstantes 32 — pars scripta f 1 integra 200×150 mm, f 2 non integra 200×*40 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina, indoles Italica (Mss dai XVI—XVIII) s. 12/m. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: supersunt nulla.
LIBER TRADENS: Li 9: Eckius, Johannes: Homiliarium... Tom. 2. s. 1. 1534.
POSSESSOR: *Collegij Posoniensis Catalogo Inscriptus 1719.*
UNA TRADITA: fragmentula manuscripta musicae et impressa Latina.
PROVENIENTIA: originis Italica, usus incerta.

Homiliarium Carolinum. (Heirici Altissiodorensis)
Sabbato post Dominicam Oculi — Dominica Laetare

f 1 Sabbato pt Oculi *[Perrexit Jesus in monte oliveti* ... (Io 8, 1) *Omnipotentissimus dominus conditor ...]*
inc.: *[O simu]latum ut nenanta* [!] *multis obsequium* ...
— *ecce iustitia iudicantis; ac/si patenter dicat* —
des.: ... *Precemur eius misericordiam piis vocibus*
f 2ra Dca Laetare *[Abiit Jesus trans mare Galileae* ... (Io 6, 1) *Hoc mare pro diversitate locorum ...]*
inc.: *se diabolum Iob; est et bona temptatio* ...
des.: ... *typum tenet pro eo quod*
— desunt f 2rb et f 2va —
f 2vb inc.: *non ostendat creatorem suum* ...
des.: ... *nouos panes creare noluit, sed eos.*

NOTITIA: textus homiliae in Dca Laetare (cf Tab.) cf Reims, Bibl. Municipale Cod. 1406.

S. Fr. 1. m. 4.

s. 12/m.

ORIGENES

Fragm. membr. — f 1 — 300×192 mm — binae columnae — lineae exstantes 37 — pars scripta integra 225×142 mm — punctatio.

SCRIPTURA: minuscula praegothica textualis s. 12/m. (propinqua St. 65) — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: supersunt nulla (cf Vol. I/1. U. Fr. 1. m. 17: Ornamenta).

LIBER TRADENS: BBf 5 (1—5): Rhaetus, Christophorus Agricola: Antipistorius. Francofurti 1590. — Coll. 2: Mokerus, Antonius: Historia passionis, mortis ... Domini Nostri Jesu Christi. Erphordiae 1588. (cf Poss.). — Coll. 3: Frischlinus, Nicodemus: Phasma: hoc est comoedia posthuma, nova et sacra. s. 1. 1592.

POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692. — Ex libris Martiny Kessleri Lomacensis* — In coll. 2. *Clarissimo viro Dno Brunoni S[.]idelio Medicinae Doctori et professori in Academia Erphord. publico suo amico ... autor.*

UNA TRADITA: impressa Latina—Graeca: Orationes de Pentecoste; impressa Latina De VIII. et X. beneficio Dei.

PROVENIENTIA: originis forse Germanica, usus Hungarica.

Origenes: In Exodum Homiliae. 12.
— de eodem codice Vol. I/1. U. Fr. 1. m. 17.

inc.: *in lege eius die ac nocte meditemur* ... (383B)
des.: ... *nunc sermo eius ad subtiliorem* (386A).

ED: PG 12, 383—386.

VAR. LECTIONES: Tu ergo, si 383B: Tu si; omissis caeteris 383C: omissis omnibus ceteris; quoadusque: cumadusque; didicimus: discimus; dicta sunt: lecta sunt; annuntiabunt: nuntiabunt; ne hoc ipsum quidem: nec hoc quidem; ergo ausus 383D: ego ausus; percontatur 384A: percunctatur; tegitur et occultatur: teguntur et occultantur; in lege: ille; calceamentum 383C: caltiamentum; acciperet alius: *o.i.;* excelsum: excelsum valde; et Johannem et Jacobum: *o.i.;* glorificatus est vultus eius: vultus eius glorificatus est; concupivit videre diem Domini 385A: concupium diem domini videre; paternam vocem dicentem: vocem paternam dicentem; conversus quis: *o.i.;* stoliditatem 385C: sollicitudinem; erat ardens 385D: *o.i.*

S. Fr. l. m. 5. Tab. 4.
s. 12/2.
AUGUSTINUS

Fragm. membr. — ff 2, unum intermedium bifolium fasciculi — 230×397 mm — binae columnae — lineae exstantes 23 — pars scripta non integra, *210×230 mm, integra cca 350×230 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: minuscula praegothica (Bischoff: Kalligraphie ... 28.) s. 12/2. — manus unica — abbreviationes consuetae — interpunctio: plerumque pausa media punctum et virgula desuper, pausa finalis punctum in linea, sed non regulariter; additur interrogatio punctum cum vir-

gula torta; interpunctio videtur etiam recitationem designare — Orthographia: *erumpna, iuditio, innuunt.*

ORNAMENTA: initiales simplices rubrae, maiusculae nigrae in rubro duplicatae, sed maiores rubrae versus psalmi enarrati indicant, rubro scripta *II* et *III* numeri forse lectiones.

LIBER TRADENS: BBh 8: Cassetta, Pius: Speculum ecclesiasticum. Pars 1. Pragae 1648.

POSSESSOR: *Sum ex libris Bohuslai Bernardi Martij A. 1652 — Ecclesiae Lissiensis die 7 May 1697.*

PROVENIENTIA: originis Germanica, usus Bohemica.

Augustinus: Enarrationes in Psalmos. Pss 31., 32.

f 1ra inc.: *suos. Sed quid times* ... (240, 21, 13)
des.: ... *non sunt equus et [mulus, sicut ille bos]* (241, 22, 5)

f 1rb inc.: *cupiebat. Domatur et flagello freno* ... (23, 3)
des.: ... *Quos mansuetos? Non erigen[tes]* (23, 19)

f 1va inc.: *qui iustificat impium, ut deputa fides vestra* ... (242, 24, 3)
des.: ... *aut quia ei non audent dare ini[quitatem]* (25, 13)

f 1vb inc.: *[non defuerunt] qui dicerent non esse Deum* ... (25, 2)
des.: ... *etsi ponas in pavimento equali non col[locatur]* (243, 25, 40)

f 2ra inc.: *[for]tassis en[im nemo vestrum]* ... (249, 4, 12)
des.: ... *[gratias agere Deo et in pros]peritatibus]* (4, 25)

f 2rb et f 2va abscisa

f 2vb inc.: ... *[sicut Domino] placuit [ita factum est]* ... (251, 5, 60)
des.: ... *[tota die foder]ent quam [tota die]* (252, 6, 14).

ED.: CChL 38, 240—243, 249, 251—252.

VAR. LECTIONES: offendas 21, 14: offendat; Ergo 18: Ergo ait; ergo 19: autem; erige 19: dirige; adtendis 22: attendis; Quoniam ipse, inquit 22, 1: Dixit: quoniam ipse; esse 22, 3: fieri; erecta cervice sunt 4—5: cervice recta sunt; freno et flagello 23, 3: et flagello freno; indomitum 23, 4: domino dominatori; suam vagam 5: *o.i.;* tamquam 6: quasi; tacuit 9: tacui; inquit 10: *om.;* aerumnam 11: erumpna mea; configeretur 11: configitur; insidet 12: insidat; insideatur 13: insidatur; insidet 14: insidit; adductus est 15: adductus; asellus est, et tendit Jerusalem 16—17: tendit ierusalem; Et exultate 24, 5: Exultate; subaudi 5: subaudis; Unde iusti? Quia iustificati 7: *om.;* intellegite 25, 3: intelligite; prauum cor hoc interest 5—6: prauum est; afflictiones, maerores, labores, humilationes 7: afflictionis, meroris, laboris, humuliationis; nesciat 9: nescit; quae patiuntur 11: que paciuntur; non ei 13 *o.i.;* Deus est, cui 30: dicere iniustum 32—33: *o.i.;* distortum cor illi non adquiescit 34—35: distortum illi non acquiescit; Deus Israel 36: *o.i.*

S. Fr. l. m. 6.

s. 12/ex.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS

Fragm. membr. — ff 4, duo media bifolia quaternionis — 439×276 et 437×274 mm — binae columnae — lineae exstantes max. 35 — pars scripta non integra *254×439 et *247×437 mm — punctatio et lineatio.

SCIPTURA: minuscula postcarolina formata s. 12/ex. (St. t. 70. dat.) — manus unica (manus 3. cf Vol. I/1. U. Fr. l. m. 23—37.) — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: litterae initiales simplices rubrae et caeruleae, initiales rubrae lineis ornantibus per pennam in caeruleo, caeruleae autem lineis rubri coloris (cf in Vol. I/1. U. Fr. l. m. 23—27.).

LIBER TRADENS: Fe 15: Panormitanus, Nicolaus: Super I. et II. partes primi decretalium ... Venetiis 1504.

POSSESSOR: non notatur, compactor cf Indicem provenientiarum 2/c.

PROVENIENTIA: originis Gallica, usus potest esse Hungarica (cf Vol. I/1 U. Fr. l. m. 23—27.)

Zacharias Chrysopolitanus: De concordia evangelistarum sive unum ex quattuor (Monotesseron). L. 3. 141—145.
— de eodem codice S. Fr. l. m. 7. et Vol. I/1. U. Fr. l. m. 23—27.

f 1r inc.: *sunt una civitas, unum corpus diaboli* ... (456A)
des.: ... *Et quemadmodum gall[ina non solum suos]* (457A)
f 1v inc.: *[s]ive gentiles, sive Judei fuerint* ... (457B)
des.: ... *sed in eum qui misit [me]* (458B)
f 2r inc.: *non credit in me, id est, in hoc solummodo* ... (458B)
des.: ... *Ubique enim totus est filius sicut pater* (459D)
f 2v inc.: *Iudeorum et non [ideo eos coegisse] ad peccandum* ... (459D)
des.: ... *Mystice autem recedente Domino de templo* (460D)
f 3r inc.: *autem procuratum est ut patefacta* ... (461A)
des.: ... *ad hostes, seditiones ad cives.* (462A)
f 3v inc.: *differendum erat urbis excidium* ... (462B)
des.: ... *contra eum qui mala irrogat, nullo* (463B)
f 4r inc.: *os et sapientiam, cui non potuerunt* ... (463B)
des.: ... *Exstinguentur Sanctus sanctorum* (464C)
f 4v inc.: *a Iudeis qui eum propterea Salvatorem* ... (464C)
des.: *Dominus iam terminaverat ob[servantiam]* (465D).

ED.: PL 186, 456A—465C.

VAR. LECTIONES: altare holocaustrum, extra 456A: altare holocaustrum exterius; historia: ystoria; reperimus 456B: repperimus; boni sunt una generatio: boni una sunt generatio; dictum sit: dictum est; ipso nato: Christo nato; Quoties 456C: Quotiens; Ergo volui 456D: Ego volui; Isaiam: ysaiam; et lapidasti: et lapidasti eum; Ezechiel: Ezechielem; nutricat

457A: nutriat; non quasi domestici 457B: non domestici; sed et quasi: sed quasi; vulturis aut accipitris: vultures aut accipitres; inemendabilia 457C: inemundabilia; ipsum me esse 457D: ipsum esse me; divinam: divina; Verumtamen 458A: Verumptamen;

f 2 Et qui videt me videt eum qui misit me 458B: Qui videt videt eum qui me misit; Vos estis 458C: Vos autem estis; recedentes tenebrantur: recedens tenebratur; maneat: manet; ut judicem mundum: ut iudicem; addit 458D: addidit; vita aeterna est 459A: vita aeterna; A 108 459B: A CVIIII; verba Isaiae: *om;* ex tua sapientia 459D: ex sua sapientia; provenit ut necessario 460D: provenit quia necessario; aliquot verba Johannis: *om.* subjecta sibi creatura 460C: in subjecta creatura; M 242 R 136 L 348: M CCXLU R CXXXVII L CCXLIIIJ; accesserunt discipuli eius: accesserunt ad eum discipuli eius; ait 460D: ait illis;

f 3 etiam 461A: autem; laberetur: relaberetur; super montem 461B: supra montem; mystice autem designans: mystice designans; dicente Psalmista: dicente; lassos 461C: lapsos; L 203: L CCXII; etiam propter haereticorum: etiam hereticorum; haec omnia contigisse 462B: haec contigisse; habent esse inaequalitas: habent inaequalitas; M 234 462D: M CXXXVIIII; gentibus: hominibus; consolatio de gaudio 463A: consolatio mortis de gaudio;

f 4 suae gentis 463D: *o.i.;* consolatur: consolantur; desolationis quod 464A: desolationis; positum sit idolum: *o.i.;* desolationum 464C: desolationis; R 143 465A: R CXLXIII; obsidioni: obsidionis; narrat historia: *o.i.;* fuisse: fugisse; Vis concupiscentia 465C: vis concupiscendo; gentibus: a gentibus.

S. Fr. l. m. 7. Tab. 5.

s. 12/ex.

ZACHARIAS CHRYSOPOLITANUS

Fragm. membr. — ff 2, unum bifolium — 365×225 et 363×226 mm — 4 columnae — lineae exstantes max. 40 — pars scripta integra 280×150 et 290×150 mm — lineatio.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina formata s. 12/ex. (St. t. 70. dat.) — manus unica (manus l. cf Vol. I/1. U. Fr. l. m. 23—27.) — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: rubricae.

LIBER TRADENS: GGg 8: Panormitanus: Consilia, tractatus, quaestiones ... Venetiis 1571.

UNA TRADITA: schedula parva chartacea in Libro tradenti: *Pro Parte et ad instantiam R. Joan[nis] Szbachanin certiss. veniunt Sequentes Georgius et Nicolaus Karasz Eg[idius] Steffanky ad ... vicariale pro die 17. novembris Anno 1740.*

PROVENIENTIA: originis Gallica, usu potest esse Hungarica (cf Vol. I/1. U. Fr. l. m. 23—27.).

Zacharias Chrysopolitanus: De concordia evangelistarum sive unum ex quattuor (Monotesseron) — Concordantia, canones 4—10. (cf Tab.).
— de eodem codice S. Fr. l. m. 6. et Vol. I/1. U. Fr. l. m. 23—27.

f 1r inc.: *Matheus CCC XXI*
f 2v des.: *Explicit canon X' in quo Matheus proprie.*

ED.: PL omittit.

S. Fr. l. m. 8. Tab. 6.

s. 13/m.
EXPOSITIO IN PSALMOS

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi intermedium bifolium, desunt cca 2 media bifolia — 260×420 mm — binae columnae — lineae exstantes max. 40 — pars scripta non integra *185×170 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 13/m. — manus unica et ad textum et ad apparatum — abbreviationes plerumque universitatis.
ORNAMENTA: litterae initiales rubrae et caeruleae alternatim, lineis adverso colore per pennam ductis, paragraphi in rubro.
LIBER TRADENS: BBi 3: Fuschus, Paulus: De visitatione et regimine ecclesiarum. 1—2. Romae 1581.
POSSESSOR: *Ludovicus Wkoszlawich m. propria.*
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Expositio in Psalmos (vulgatae versionis) — auctor incertus, Pss 110—111, 118.

Specimen textus cf Tab.

S. Fr. l. m. 9. Tab. 7.

s. 13/2.
TRACTATUS DE PATIENTIA DEI

Fragm. membr. — ff 3 — 220×125 et 215×135 mm — binae columnae — lineae exstantes max. 41 — pars scripta non integra, max. 165×83 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, littera Parisina s. 13/2. — manus unica — abbreviationes plerumque universitatis, ÷-est.
ORNAMENTA: supersunt nulla.
LIBER TRADENS: Ch 27: Augustinus, Aurelius: Enchiridion ad Laurentium ... commentariis per Lamb. Danaeum. Genevae 1575.
POSSESSOR: non notatur.
PROVENIENTIA: originis Gallica, usus incerta.

Tractatus de patientia Dei — auctor incertus

SPEC. TEXTUS: *Hoc enim de illo dicuntur, de quo nichil ab homine vel homini dici satis digne et satis competenter potest. Que cum ita sint, quis religiosus, non istum exsufflet ut pulverem, quem proicit ventus a facie terre. Qui tumens et elatus atque intuens in oculis infirmorum eosque perturbans, videtur sibi aliud dicere arguendo verba in veteri testamento, que non intelligit, nec intuendo, que in novo intelligit. Hec autem de patientia Dei, inde scriptum est ut loquerem, cum commemoramus propheciam de Christo, ubi dictum est. Juravit Dominus et non penitebit eum, tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchizedech, ad commendandum sacrifitium salutare in quo nobis sacer sanguis effusus est, cuius in nobis fuerant sacrificia, que de pecoribus iussa sunt immolari. Hec ergo de patientia Dei, ne sic ea putaret accipienda, ut ex eo quod non intelligit in blasphemiarum latratus rapidos insaniret, habebit unde commonetur in proximo [...].*

S. Fr. l. m. 10. Tab. 8.
s. 13/2.
GERARDUS DE LEODIO

Fragm. membr. — f 1 — 343×220 mm — binae columnae — lineae exstantes 45 — pars scripta non integra 260×*165 mm, integra cca 260×170 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae — signa interpunctionis.
ORNAMENTA: unica littera initialis rubra, paragraphi in rubro, maiusculae nigrae in rubro duplicatae, rubrica.
LIBER TRADENS: BBh 4 (1—6): Homberger, Ieremias: Regenmantel. Erffordt [1590]. — Coll. 2: Hesshusius, Tilemannus: Von Eheverluebnissen und verbotenen gradibus. s. l. 1591.
POSSESSOR: *Wendelinus Kesslerus Tyrigeta hunc librum summo suo iure fideliter possidet. — Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
UNA TRADITA: fragmentula membr.: dictionarium biblicum s. 13/14.
PROVENIENTIA: originis Germanica, usus Germanica vel Hungarica (cf Possessores).

inc.: *praeparat. Tali calciamento volebat apostolus ad eph. ...*
des.: *... et tu vis caritatem immo.*

NOTITIA: Textus in Cod. Lat. 48. Bibliothecae Universitatis Budapestinensis occurrit, tamen cum alia ordinatione seu distributione sententiarum.

S. Fr. l. m. 11.

s. 13/2.
BIBLIA SACRA

Fragm. membr. — ff 2, unum medium bifolium fasciculi — 235× 394 mm — binae columnae — lineae exstantes 39 — pars scripta non integra *216×175 mm, integra cca 236×175mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis indoles Hungarica s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae — signa interpunctionis.
ORNAMENTA: initiales simplices in rubro, numeri capitis in rubro, in margine superiore titulus (AMOS) in coloribus rubro et caeruleo alternatim, maiusculae nigrae in rubro duplicatae.
LIBER TRADENS: BBe 5 (1—8): Forer, Laurentius: Symbolum catholicum ... Dilingae 1622. — Coll. 7: Trophaea parallela ... Monachii 1623.
POSSESSOR: *Collegij Tyrnaviensis Societatis Jesu 1629. — Catalogo inscriptus 1632. L. C. n. 215.*
UNA TRADITA: fragmentula membr.: calendarium astronomicum s. 11/12.
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica (Ed. 1623 — Poss. 1629).

Biblia Sacra. Vulgata. Amos 1,6 —2, 2, 2, 4—3, 1, 4, 12—6, 4, 6, 6—7, 5, 7, 7—8, 4

f 1ra inc.: *[Idu]mea et mittam ignem in murum* ... (1, 6)
des.: ... *devorabit edes Carioth et mo[rietur]* (2, 2)
f 1rb (dimidiata) inc.: *[quod abie]cerint [legem Domini]* ... (2, 4)
des.: ... *A[udite verbum]* (3, 1)
f 1v (textus vix legibilis) des.: ... *Israel quia ecce* (4, 12)
f 2r (textus vix legibilis) des.: ... *in lectis eburneis* (6, 4)
f 2va inc.: *Et nichil paciebantur super contriciones* ... (6, 6)
des.: ... *Quis suscitabit Jacob quia* (7, 5)
f 2vb inc.: *[commenta]rii. Et dixit Dominus* (7, 7)
des.: ... *facitis egenos terre* (8, 4).

S. Fr. l. m. 12. Tab. 9.

s. 13/2.

CASSIANUS

Fragm. membr. — ff 2 — 213×380 mm — binae columnae — lineae exstantes 31 — pars scripta non integra *170×215 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: littera initialis unica rubra, textus dividitur per lineas in rubro trans certas maiusculas ductas, rubricae, in margine superiore *Flores Cassiani L. XX* tituli in rubro.
LIBER TRADENS: CCe 10: Základ Wiry Katolické... Léta 1636.
POSSESSOR: *Conventus Lauretani in Ungaria Ordinis Serv. B. M. V.*
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Flores Cassiani Florilegium e collationibus Cassiani

f 1 VIII. 21/5—6; 23/2; — IX. 5/4—6/3; 16—17/1; 18/1—2; 22/3—4; 24, 26/1—2; 27; 30/1
f 2 inc. vix legibilis, XII. 6/1; 6/4; XXIII. 10—11/1, 15/4—5; 16/1—2.

ED.: CSEL 13 (1886) 238—242, 255—256, 264—266, 270—274, 276, 621, 623, 655—656.

S. Fr. l. m. 13. Tab. 10.

s. 13/2.

DICTIONARIUM MYSTICUM [?]

Fragm. membr. — ff 2 — 233×360 mm — binae columnae — lineae exstantes 37 — pars scripta non integra *200—135 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata, indoles Gallica s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: litterae initiales simplices rubrae, in marginibus superioribus litterae *L.I.L.C.* (liber I. littera C.) in rubro et caeruleo; rubricae.
LIBER TRADENS: Jd 15 (1—2): Mercerus, Joannes: Commentarii in Salomonis Proverbia ... Genevae 1573. — Coll. 2: Meyer, Sebastianus: In Apocalypsim D. Johannis Apostoli Commentarius. Tiguri 1603.
POSSESSOR: *Josephi Securij Medicinae Doctoris manu propria — Collegij Szakolczensis SJ Catalogo inscriptus 1722.*
UNA TRADITA: impressa Latina: De clavibus et de sacramentis regni coelorum, de evangelio, de lege, de ministerio etc.
PROVENIENTIA: originis Gallica, usus incerta.

rubricae: *Cantus quatuor modis in bono, duobus in malo Canticum [...] modis in bono, uno in malo Castitas tribus modis in bono.*

SPEC. TEXTUS: *est mihi corona iusticie etc. Scio cui credidi, et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem. Ysaias. Quod oculus non vidit nec [...] audivit etc. De purpura id est fide passionis id est mortem Domini annunciabitis donec veniat. Ieremias. Dedi maxillas [...]. [...] dat esse doctrinam. Apponamus ergo et nos fratres hanc bissum retortam, quod scriptum est in Paulo: Non auditores legis sed factores iustificabuntur et ex veste pontificali non solum dependebant tintinnabula, sed et mala punica. Iacinctum apposuerunt virgines [...].*

S. Fr. l. m. 14.

s. 14/in.
BIBLIA SACRA

Fragm. membr. — f 1 — 365×257 mm — binae columnae — lineae exstantes 34 — pars scripta integra 243×176 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis indoles Hungarica s. 14/in. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initiales rubrae lineis caerulei coloris per pennam ductis ornatae, caeruleae autem lineis rubri coloris. In margine superiore: *JO-HES* et numeri librorum bibliae in rubro et caeruleo alternatim, maiusculae nigrae in rubro duplicatae.

LIBER TRADENS: BBi 11: Heissius, Sebastianus: Censur, Castigation und Behoblung des unkatolischen... Buch Jacob Heilbronners. Ingolstatt 1610.

POSSESSOR: *Collegij Tyrnaviensis Societatis Jesu 1622.*

PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica (Liber trad. 1610. — Poss. 1622.).

Biblia Sacra. Vulgata. Iohannes 14, 30—31; 15, 1—27; 16, 1—32.

inc.: *non multa loquar vobiscum ...* (14, 30)
des.: *... non sum solus quia pater mecum est. XVII* (16, 32)
Io 16, 33 omittitur.

S. Fr. l. m. 15.

s. 14/in.
BIBLIA SACRA

Fragm. membr. — f 1 — 447×247 mm — binae columnae — lineae exstantes 36 — pars scripta integra 327×230 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/in. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initialis unica caerulea lineis per pennam ductis ornata, et una rubra lineis caeruleo colore per pennam ductis ornata. Numeri capitis in rubro, in margine superiore titulus (*GENE-SIS*) in coloribus rubro et caeruleo alternatim, maiusculae nigrae in rubro duplicatae.
LIBER TRADENS: BBk 12 (1—24): Dietrich, Cunrad: Ulmische Cometen Predigte von dem Cometen. Ulm 1619. — Coll. 11: Dietrich, Cunrad: Ulmische Glockenpredigt... Ulm 1625.
POSSESSOR: *Collegij Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1697.*
UNA TRADITA: Stephanus de Werbeutz: Tripartitum. Wienn 1599. (RMK III, 933.), (cf. S. Fr. l. m. 16.).
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica (cf Una trad. et S. Fr. l. m. 16.)

Biblia Sacra. Vulgata. Genesis 14, 1—16, 5
— de eodem codice S. Fr. l. m. 16.

inc.: *[A]rioch rex Ponti...* (14, 1)
des.: *... ancillam meam in sinum tuum, que* (16, 5).

S. Fr. l. m. 16.

s. 14/in.
BIBLIA SACRA

Fragm. membr. — f 1 — 406×250 mm — binae columnae — lineae exstantes 36 — pars scripta integra 327×230 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/in. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: initialis unica caerulea lineis per pennam ductis ornata, numeri capitis et titulus in margine superiore (*GENE-SIS*) in coloribus rubro et caeruleo alternatim, maiusculae nigrae in rubro duplicatae.
LIBER TRADENS: GGg 16 (1—9): Faber Zachaeus: Kurzer Beweiss, was etlicher Calvinischen, doch bei ihnen ... Lehrern Schwarm. Leipzig 1616. — Coll. 7: Sendt Schreiben An die Glarwuerdigste Hocherleuchtigste auch aller seeligste Fraternitet Christiani S. vom Rosenkreutz. s. l. 1622.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S.Salvatorem 1690.* — Coll. 7. *... qui est Jacobus Carolus Austriacy Medicinae Doctor tunc temporis Znoymae Moravorum vivens.*
UNA TRADITA: impressa Germanica: Stephanus de Werbeutz: Tripartitum. Wienn, 1599. (RMK III, 933.), (cf S. Fr. l. m. 15.). — Impressa Hungarica: Zvonarics Mihály: Pápa nem pápa. Keresztúr 1603. (RMNy 902.).
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica (cf Una trad.).

Biblia Sacra. Vulgata. Genesis 24, 46—25, 33
— de eodem codice S. Fr. l. m. 15.

inc.: *[Cam]elos. Interrogavique eam, et dixi...* (24, 46).
des.: *... Ait Jacob: Jura ergo mihi* (25, 33).

S. Fr. l. m. 17. Tab. 11.

s. 14/m.

GREGORIUS MAGNUS

Fragm. membr. — ff 2, unum intermedium bifolium fasciculi, desunt 3 media bifolia — 227×460 mm — binae columnae — lineae exstantes 34, orig. 46 — pars scripta non integra *195×180 mm, integra cca 260×180 mm — lineatio et punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, indoles Hungarica s. 14/m. — manus unica — abbreviationes consuetae,

ORNAMENTA: filigraninitialis in rubro et caeruleo partim detruncata, maiusculae rubrae et caeruleae alternatim, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae, numerus capituli in margine superiore in rubro: *C XXIIII, CXXVI, L VI, L XVII.*

LIBER TRADENS: BBe 14 (1—37): Donauer Christoph Sigmundt: Christliche Ehrn Gedechtniss dem Weyland ... Regenspurg 1646. — Coll. 2: Hoffer, Thomas: Christliche Leichpredigt ... Erasmi Zollners. Regenspurg 1646. (cf Poss.) — Coll. 35: Schmoll, Mattheus: Christliche Bettkunst aus den Worten des 90 Psalmen Davids ... [Regenspurg] 1660.

POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu ad S. Salvatorem Posonii 1692.* — in Coll. 2: *Admodum Reverendo et Clarissimo Domino M. Danieli Schmidt Ecclesiasto in Hungaria Posoniensi vigilentissimo ... amico ...* — et cf Una tradita.

UNA TRADITA: Impressa Hungarica: RMK I, 953: Kalendarium ... MDCLX Esztendoere ... Bécs 1660. — impressa Latina: 1. Paraphrasi Erasmi Rotterodami in Evang. Matthaei — 2. Argumenta Erasmi ... et Responsiones ... Lutheri. Norimbergae MDLIIII, cum Poss.: *Emptus per Joannem Strobelium anno 1554.* [ante comp.!] — 3. Luther, Martinus: Articuli Smalcaldienses ... 1537. s. l. a. — Impressa Germanica: 1. Friedrich Staphylus Wider den grewlichen Gotteslerterer — 2. Hammerschmieden, Andreas: Geistliche Madrigalien ... Freibergt in Meissen MDCL. — 3. Johan. Sleidani Historien ... das XVIII. Buch — 4. Gebetbuch — fragmentula impressa Italica.

PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica (Liber tradens: 1646—1660 — in Una traditis impressa Hungarica 1660. — Poss. 1692.).

Gregorius Magnus: Moralia in Iob. L. 16. c. 65—L. 17. c. 1, L. 17. c. 27—30.

In libros et capita litteris signata: *V.* Maledicta sit, *X.* Ad nimium calorem, *AA.* Quotiens in sancti viri, *L.* Terminum circumdedit, *N.* In fortitudine. Paginae codicis: CXXIIII, CXXVI (recte: CXXXI).

f 1ra inc.: *perversi cogitamus, quid aliud* ... (L. 16. c. 65)
des.: ... *per viam vinearum. Via* (c. 66)
f 1rb inc.: *intendit in labore itineris* ... (c. 66)
des.: ... *Qui humiliter sub discipline* (c. 67)
f 1va inc.: *est ut is qui se sapientem*... (c. 67)
des.: *etenim fatigatur, si desit cura* (c. 69)
f 1vb inc.: *[volup]tatibus dediti, quanta sit* ... (c. 69)
des.: *[typicae expositionis] aggredimur* (L. 17. c. 1)
f 2ra inc.: *gloria non quanta intrinsecus* ... (c. 27)
des.: ... *memoria non tenemus. Sancta* (c. 27)
f 2rb inc.: *[re]gie presidet, sui nobis* ... (c. 27)
des.: ... *tenebrarum vero appellatione pecca[tores]* (c. 28)
f 2va inc.: *Quid aliud columnas celi* ... (c. 29)
des.: ... *Miscuit vinum* (c. 29)
f 2vb inc.: *suas, apostolorum videlicet animas* ... (c. 29)
des.: ... *eius percussit superbum.* (c. 30).

Ed.: CChL 143a, 845—850, 873—877.

S. Fr. l. m. 18. Tab. 12.

s. 14/m.

TRACTATUS DE PURITATE CORDIS

Fragm. membr. — f 1 — 260×170 mm — unica columna — lineae exstantes 28 — pars scripta integra 175×115 mm — punctatio et lineatio.

Scriptura: gothica textualis, indoles Gallica s. 14/m. — manus unica — abbreviationes consuetae — signum conventionale: est — interpunctio: pausa media et finalis.
Ornamenta: initiales una rubra lineis caeruleis ornata, duae caeruleae, rubrica.
Liber tradens: BBb 17: Calvinus, Johannes: Interim adultero Germanum. s. l. 1549.
Possessor: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*
Una tradita: incunabula iuridica — manuscripta Latina et Germanica: fragm. epistulae et annotationes commerciales cuiusdam monasterii s. Jacobi.
Provenientia: originis Gallica, usus potest esse Hungarica.

Tractatus de puritate cordis — auctor incertus

Spec. textus: *In corde duplex lepra est propria voluntas et proprium consilium, lepra utraque nimis pessima; lepra vero proprii consilii eo perniciosior est quanto magis occulta et quanto plus habundat tanto sibi quisque sanior esse videtur. Hec illorum est, qui zelum habent, sed non secundum scientiam sequentes errorem suum et obstinati in eo, ita ut nullius velint consilio acquiescere. Hii sunt unitatis divisores, inimici pacis, caritatis*

expertes, vanitate tumentes, placentes sibi et magni in oculis suis ignorantes Dei iustitiam et suam volentes constituere. Et que maior superbia quam ut unus homo toti congregationi iudicium suum preferet tamquam [...].
Perniciosa tepiditas quod periculosa est quod molestissima plena miserie et doloris et inferno plane proxima umbra mortis iure censetur. Sane invenire est homines pusillanimes et remissos, deficientes sub onere, virga et calcaribus indigentes, quorum remissa letitia, pusillanimis tristitia est, quorum brevis et rara compunctio obedientia sine devotione, sermo sine circumspectione, oratio sine cordis intentio[ne...].

S. Fr. l. m. 19.
s. 14/m.
SERMONARIUM

Fragm. membr. — ff 2 — 246×185 et 40×180 mm — binae columnae lineae exstantes 49 — pars scripta integra 197×135 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/m. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: initialis unica caerulea lineis rubris ornata, partes textus rubro colore subductae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, paragraphi in rubro, rubricae.
LIBER TRADENS: Ii 41 (1—7): Hoffmannus, Daniel: Jacobi Andreae D. Dogmata de persona Christi ... s. l. 1589. — Coll. 2: Lyserus, Polycarpus: Solennitas Doctoralis ... Witebergae 1593.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*
UNA TRADITA: fragmentula membr. Latina codicis s. 14.
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

Sermonarium. Dominica II post Pentecosten
— de eodem codice S. Fr. l. m. 20.

Inc.: *Homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos.* (Lc 14, 16)
Humano cordi inesse debere largitatis latitudinem ...

S. Fr. l. m. 20.
s. 14/m.
SERMONARIUM

Fragm. membr. — ff 2 — 251×179 et 42×145 mm — binae columnae — lineae exstantes 50 — pars scripta integra 192×132 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/m. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: initialis unica caerulea lineis rubris ornata, partes textus rubro colore

subductae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, paragraphi in rubro, rubricae.

LIBER TRADENS: BBc 6: (1—6) Rennecherus, Hermannus: Brevis quaedam et perspicua Pontificis Romani Antichristi rescriptio ... Herbornae 1589. — Coll. 3: Colloquium Clarissimorum dn. Theologorum visitatorum cum D. Urbano Pietro, habitum anno 1592. s. l. 1593.

POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*

PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

Sermonarium. Dominica VIII et IX post Pentecosten
— de eodem codice S. Fr. l. m. 19.

Dca VIII Sermo super pericopam Mt 7, 15—21. Finis: ... *merito et tamen solo uno gratuito intramus in celum.*
Dca IX inc.: *Qui se existimat stare videat ne cadat* (I Cor 10, 12) *sciens signifer Christi Paulus quia ut Iob Militia est vita hominis super terram ...*

S. Fr. l. m. 21.

s. 14/2.

SERMONARIUM

Fragm. membr. — ff 2, intermedium bifolium fasciculi — 191× 284 mm — binae columnae — lineae exstantes 46, orig. 47 — pars scripta non integra *175×129 mm, integra 180×129 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initiales una rubra, una caerulea, partes textus lineis rubris subductae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, paragraphi in rubro, rubricae.

LIBER TRADENS: BBf 7 (1—3): Piscator, Johannes: Disputatio theologica de praedestinatione. s. l. 1598. — Coll. 2: Piscator, Johannes: Tractatus de gratia Dei. Herbonae 1614. — Coll. 3: Krátké a potrebné wyswetleny Nekterych Artykuluow Nebozenstwj Krestanského ... s. l. 1613.

POSSESSOR: *Josephi Securii Medicinae Doctoris* — in Coll. 3: *Slowutnemu P. Matheusowi Rawo[...] Pjsarj Radnymu w Meste Budeg[... Budkau?] Morawskych* — in Una trad.: *Emptu sMoravo ab Esaia Lang Ig-[... Iglau?] Anno 1614.*

UNA TRADITA: manuscripta Latina: epistola ad Rev. D. M. Casparo [.]holchagio. Lipsiae 4. Iun. [16]59. — Circa Praedestinationis articulum, ab Illustribus Hollandiae et Frisiae Occidentalis Ordinibus, pro Pace ecclesiae editum. 4 ff. — Sequentia Igla[viensis?] Marcomann[...] Anno [15]87. — fragm. Homiliae Bedae s. 17.

PROVENIENTIA: originis incerta, usus Moravica (Iglavia?).

Sermonarium. Michaelis archangeli, Dedicatio Ecclesiae, Simonis et Judae

f 1 Michaelis Ep. *Opportet fieri cito* (Apc 1, 1)
f 2r Dedicatio Ecclesiae baptismalis
f 2v Simonis et Iudae Ev. *Ego vos elegi ut eatis et fructum afferatis* (Io 15, 16), (inc. vix legibilis: *Hodie?...*).

NOTITIA: fragmentum vix legibile.

S. Fr. l. m. 22.
s. 14/2.
CASSIODORUS

Fragm. membr. — f 1 — 370×212 mm — binae columnae — lineae exstantes 38 — pars scripta non integra 302×*144 mm, integra cca 302×188 mm — lineatio et punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: litterae initiales rubrae et caeruleae, rubrica.
LIBER TRADENS: BBe 9 (1—40): Gerlachius, Stephanus: De sacrificio missatico. Disputatio theologica Bellarmini ... libris opposita. Tubingae 1604. Coll. 24: Thörmerus, Antonius: Theses de sacrosancta trinitate ... Lipsiae 1615.
POSSESSOR: Coll. 1. [ante comp.:] *... et doctissime V. D. M. DAV... [Kilger David?] — Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1691.*
UNA TRADITA: impressa Germanica: *Die vierde predigte von einer Christlichen visitation* et reliqua de visitatione eccl. evang. conf.
PROVENIENTIA: et originis et usus videtur esse Germanica.

Cassiodorus: Historia ecclesiastica tripartita. L. 8. cc 1—3.

f 1ra (dimidiata) inc.: *[eti]am linguam suam [abscidere] ...*
f 1vb (dimidiata) des: *... [ostendebat] aranearum.*

ED.: PL 69, 1110D—1112D.

S. Fr. l. m. 23. Tab. 13.
s. 14/ex.
SERMONARIUM

Fragm. membr. — f 1 — 182×260 mm — binae columnae — lineae exstantes 14 — pars scripta non integra *110×180 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/ex. — manus unica et ad textum et ad rubricam — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: littera initialis unica rubra, maiusculae nigrae lineis rubris ornatae.
LIBER TRADENS: BBb 19 (1—2): Vvolderus, Johannes: Haereseologiae Synopsis iuxta locorum communium seriem composita ... Wittebergae 1609. Coll. 2: Tractatus de descensu Christi ad inferos ... Lipsiae 1610.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*
UNA TRADITA: impressa Gallica: *Protestation du Roy de Navarre* citatur Sixtus V. papa (1585—1590).
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Sermonarium. Sermo 115: In die Pentecostes — incerti auctoris. — Sermo 116: Bernardi de naturis dentium.

SPEC. TEXTUS: (ra): *In octavo tamquam vero iubileo liberat et coronat sapiencia pacienciam. Ad huius perfeccionis apicem apostolorum principem provexit hodierna die spiritus sanctus, ut qui in passione Domini vocem unius ancille exhorruerat, in perfidam iudeorum multitudinem, prophetico testimonio confutare non timeat. Talem reddit Thomam, ut qui resuscitati salvatoris dubitando palpandas postulaverat cicatrices, post collatam [...].*
(rb): *in eodem spiritu alii gracia sanitatum in uno spiritu, alii operacio virtutum alii prophecia alii discrecio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretacio sermonum. Hec omnia unus atque idem spiritus operatur, dividens singulis prout vult [...].*
ED.: Sermo 116.: S. Bernardi Opera. VI. 1. Sermones III. ed. J. Leclercq et H. Rochais. Romae 1970. 349—350.

S. Fr. l. m. 24. Tab. 14.
s. 14/ex.
MEDITATIONES

Fragm. membr. — ff 2 — 235×435 mm — binae columnae — lineae exstantes 30 — pars scripta non integra *210×143 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/ex. — manus unica et ad textum et ad rubricam — abbreviationes paucae et consuetae.
ORNAMENTA: litterae initiales simplices rubrae et caeruleae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBd 13 (1—23): Schubertus, Paulus: Christliche Trostpredigt ... Wittemberg 1622. — Coll. 9: Langen, Matthias: Bestandige Lebens-Krafft S. Pauli... Nürnberg 1660.
UNA TRADITA: impressa Latina: Erasmus Roterodamus ad Franciscum regem — impressa Germanica: 1. Auslegung des Vater unsers; 2. Johan. Sleidani Historien Buch ... (a. 1546—1554); 3. Auslegung des ... Arti-

kels Von der Erloesung — impressa musica: Incerti: Anima; Johan. B. Chinelli: Jubilate; Claudio Monteverdi: Haec, haec dicit Deus.

PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Meditationes super Ps 102 et pericopas Dominicarum IV et V post Pentecosten

f 1va *Benedic anima mea domino Et noli oblivisci omnes retribuciones eius* (Ps 102, 2) *Si tante domine eternitate ...*

f 2vb *Dominica quinta Estote misericordes quia pater vester misericors est* (Lc 6, 36) *Domine Jesu Christe qui propter communem utilitatem ...*

S. Fr. l. m. 25.

s. 14/15.

JACOBUS DE VORAGINE

Fragm. membr. — f 1 — 308×215 mm — binae columnae — lineae extantes 40 — pars scripta non integra *245×*160 mm, integra cca 265×190 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, non Bohemica s. 14/15. — manus unica — ad abbreviationes per suspensiones et contractiones utitur linea verticali.

ORNAMENTA: litterae initiales simplices rubrae, maiusculae nigrae in rubro duplicatae, rubricae.

LIBER TRADENS: BBg 14: Mathstadius, Johannes: *IXNOΓΡΑΦΙΑ* theologiae: sive delineatio brevis et orthodoxa locorum theologicorum. Jeane 1608.

POSSESSOR: *Sum Danielis Pratensis Prerowini [Přerov] Moravius — Daniel Paton [?]*

UNA TRADITA: fragmentula manuscripta chartacea: Grammatica Latina pro scholis — in lingua Bohemica: praedicationes?

PROVENIENTIA: originis incerta (non Bohemica), usus Moravica.

Jacobus de Voragine: Legenda aurea. Elisabeth et Caeciliae

f 1ra inc.: *Cum ergo suspensus esset [audivit] vocem ...* (c. 168/10)
des.: *... [illa] manum apprehendens nervos* (11)

f 1rb inc.: *donavit, mane autem facto perfecte ...* (11)
des.: *... et curvitate penitus sanam inveniens* (13)

f 1va textus vix legibilis (cca 14—18)

f 1vb inc.: *[Qui evigi]lans contra socium ...* (19)
des.: *... neque noctibus a coll[oqiis]* (c. 169).

ED.: — —. Vratislaviae 1890. 768—771.

s. 14/15.
SERMONARIUM

Fragm. membr. — f 1 — 315×159 mm — binae columnae — lineae extantes 47 — pars scripta non integra 242×*149 mm, integra 242× 167 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 14/15. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: supersunt nulla.
LIBER TRADENS: BBg 11 (1—3): Confessio fidei exhibita invictiss. Imp. Carolo V., Caesari Aug. in comitis Augustae, anno MDXXX. Basileae 1567. — Coll. 3: Melanton [!], Philippus: Responsiones ad Impios Articulos Bavaricae inquisitionis. Witebergae 1569.
UNA TRADITA: fragmentula epistolae (s. l. d.).
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Sermonarium. Dominica Reminiscere seu Transfiguratio Domini

SPEC. TEXTUS: *Et evigilantes viderunt maiestatem eius et duos viros scilicet Moysen et Heliam, quos cognoverunt predicte claritatis illustracione. Unde querit Ambrosius: Quomodo apostoli cognoverunt Moysen et Heliam, quos nunquam viderunt. Et respondet, quod per maiestatem super eos venientem. In quo inmittitur, quod in futura gloria alter alterum, quem nunquam vidit, cognoscet. Secundum glossam hic Helias eximius prophetarum, sed contra de David hic dicitur in prologo super psalterium et de Moyse glossa super Exodum. Et solvitur, quod Moyses fuerit eximius Domini familiaritate signorum ostensione, legis promulgacione. Helias eximius vite austeritate, auctoritate arguendi vite diuturnitate, David eximius prophecie sublimitate, regia dignitate et spirituali ei sancta promissione ...*

S. Fr. l. m. 27.

s. 15/1.
CASSIODORUS

Fragm. membr. — f 1 — 330×223 mm — binae columnae — lineae exstantes 27 — pars scripta non integra 230×*170 mm, integra 230×205 mm — lineatio et punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata, s. 15/1. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: supersunt nulla.
LIBER TRADENS: Ni 25 (1—62): Moth, Johannes: Assertationes Theologicae de summo pontifice ... Argentorati 1603. — Coll. 11: Saltzmann, Balthasar

Fridericus: Disputatio theologica de personali duarum naturarum in Christo unione... Argentorati 1640. — Coll. 61: Hindereckerus, David: Theses de Invocatione Dei. Argentorati 1576. (cf Poss.).

POSSESSOR: Coll. 61. (ante comp.): *Reverendo et doctissimo viro D. M. Hermanno Wackero observantiae et amoris gratia dono dedit Respondens* (=auctor).

PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica (Posonium, Coll. SJ).

Cassiodorus: Historia ecclesiastica Tripartita. L. 1. cc 9—10.

f 1ra (dimidium) inc.: *ante has leges [plurimos]...* (894A)
f 1vb (dimidium) des.: ... *Si enim hoc non est* (895D).

ED.: PL 69, 894A—895D.

s. Fr. l. m. 28 Tab. 16.
s. 15/m.

DE REFORMATIONE MONACHORUM

Fragm. membr. — ff 2 — 200×125 et 212×120 mm — unica columna — lineae exstantes 20 — pars scripta integra 155×105 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 15/m. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: BBf 4: Epistolarum Theologicarum Theodori Bezae Vezelii liber 1. Genevae 1573.

POSSESSOR: *Residentiae Szakolcensis Anno 1679.*

PROVENIENTIA: originis potest esse Germanica, usus incerta.

De reformatione monachorum — auctor incertus, non Johannes Busch, Nicolaus Cusanus

SPEC. TEXTUS: *[...]m non exaudiam, manus [...]ne sunt sangwine, quia diceret [...]scetis bonis operibus vestris quibus ea [...]culatis, et de forma facitis, sicut [...]nus maculatur per sangwinem, et sequitur [...]dem, lavatum, ergo et mundi estote [...]fferte malum cogitacionum vestrarum ab [...]lis meis, quiescite agere perverse dis[...] unde facere, quasi diceret, postquam loti[...]umdati fueritis tunc ieiunate, ceteri [...]a opera facite et orationes multiplica[...] tunc respitiam ad vos ad opera [...] orationes vestras exaudiam, et app[...] alias non. Sed forte diceres. Ergo [...]tis mane surgimus vigilamus [...] et mundum relinquendo artitudinem [...] ostii et clausuram patrum? et sustine[...] Respondetur primo quod ex illis sine caritate [...] est salus...*

S. Fr. l. m. 29.

s. 15/m.

AUGUSTINUS

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi intermedium bifolium — 235×378 mm — binae columnae — lineae exstantes 30 — pars scripta non integra *175×157 mm, integra cca 220×157 mm lineatio et punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/m. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: initialis una rubra, et una caerulea, maiusculae nigrae flaveo colore ornatae.

LIBER TRADENS: BBa 12 (1—2): Jordanus, Christophorus: Trewhertzige Warnung für Calvinischer Brüderschadt ... Wittemberg 1608.

POSSESSOR: *Christoff Schaber 1609 — Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*

UNA TRADITA: impressa Latina: 1. liber protestanticus de Antichristo — 2. Postillae Evangelicae in dominicis post Trinitatem — impressa Hungarica: 1. Bornemissza Péter: Predikatioc, Egesz Esztendö altal ... Detrekoebe, 1584. (RMNy 541) — 2. Kereszturi naptár 1609 (RMNy 972) cf S. Fr. l. m. 239.

PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica (cf Una tradita).

Augustinus: Enarrationes in Psalmos. Ps 61.

f 1ra *[Donec veniam ad illam glorificati]onem ubi iusti fulgebunt ... Sperate in eum omne concilium plebis effundite [coram illo corda vestra]* (13, 30 — 14, 12—13)

f 2v *Disputare ius antequam faciam ... qui non habebat peccatum [occisus a peccatoribus].*

ED.: CChL 39, 783, 790.

GRAMMATICI ET AUCTORES

S. Fr. l. m. 30. Tab. 17.

s. 14/15.

PRISCIANUS

Fragm. membr. — f 1 — 434×244 mm — binae columnae — lineae exstantes 58 — pars scripta non integra 385×*238 mm, integra cca 385×252 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: litterae initiales simplices rubrae et caeruleae, rubricae, paragraphi in rubro.
LIBER TRADENS: BBd 18 (1—33): Rabus, Ludovicus: Zwo christliche Leichpredigten ... Lauingen 1606. — Coll. 30: Arnoldus, Franciscus: Ein christliche Predigt von der ewigen Gnadenwahl der Mentschen ... Tübingen 1611.
POSSESSOR: non notatur.
UNA TRADITA: RMNy 541: Bornemisza Péter: Predikatioc... Detrekoebe 1584. (cf Una tradita S. Fr. l. m. 29.).
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica (cf Una tradita).

Priscianus: Institutiones grammaticae (abbreviatus). L. 7. c. 87—L. 8. c. 39.

inc.: *Quarta declinatio terminationes ...*
des.: *... unde merito a quibus[dam].*

ED.: Priscianus: Opera. Lipsiae 1859. II. 362—406.

S. Fr. l. m. 31. Tab. 18.

s. 13/2.

GUILLELMUS BRITO

Fragm. membr. — ff 2 — 195×280 mm — binae columnae — lineae exstantes 40 — pars scripta integra 146×103 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: initiales rubrae simplices, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae. Spatia historiis depinguendis vacua relicta sunt.

LIBER TRADENS: BBf 14: Vadianus, Ioachimus: Orthodoxa et erudita ... Epistola ... Tiguri 1539.
POSSESSOR: *Ex libris Francisci F. Otrokocsi — Ex libris Joannis Bellvary* (studens in Wittenberg a. 1595. cf Fraknói: A hazai és külföldi iskolázás... 318.).
UNA TRADITA: incunabulum Latinum: Breviarium (Clementis et Crisogoni).
PROVENIENTIA: originis Germanica, usus potest esse Hungarica.

Guillelmus Brito: Expositiones vocabulorum Bibliae.
Littera I: Impolitus — Iurgium

f 1 inc.: *[Impingo:] habent vel i, ut frango fractum ...*
des.: *[Indico:] ... preceptum vel annunciatum*
f 2 inc.: *[Irrogo: ... vide versus supra]positos ...*
des.: *[Iurgium:] ... Isidorus Ethimologiarum XVIII iurgium.*

ED.: — —. Padova 1975. 331—336, 357—362.

S. Fr. l. m. 32.
s. 15/1.
GUILLELMUS BRITO

Fragm. membr. — f 1 — 145×195 mm — unica columna — lineae exstantes 22 — pars scripta non integra *120×120 mm — punctatio.
SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 15/1. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: litterae initiales simplices rubrae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae.
LIBER TRADENS: BBb 15: Costerus, Franciscus SJ: In hymnum Ave Maris stella, meditationes. Coloniae Agrippinae [1]600.
POSSESSOR: *Joannes Crupy 1631. — Conventus S. Catharinae — Mi fili Joannes David Krupy ora pro tuo [...] Kopchany unum Rosarium.*
UNA TRADITA: impressa Germanica: epistolae Sancti Pauli apostoli — impressa Latina a. 1608.
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Guillelmus Brito: Expositiones vocabularum Bibliae (abbreviatus).

f 1r Littera R: *Rana* (om. *Rancor, Raptim*) *Rationale,* (om. *Ratus*), *Raucus*
f 1v textus vix legibilis: ... *Redimo?*

ED.: — —.Padova 1975. 637—640, 643.

S. Fr. l. m. 33.

s. 14/15.

BALBUS, IOHANNES

Fragm. membr. — f 1 — 412×255 mm — binae columnae — lineae exstantes 60 — pars scripta integra 310×205 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: litterae initiales simplices rubrae et caeruleae.
LIBER TRADENS: BBi 17: Paludanus, Henricus: R. P. Julii Mazarini SJ theologi Conciones centum in psalmum quinquagesimum ... Coloniae Agrippinae 1611.
POSSESSOR: *Collegij Societatis Jesu Sopronij* 1642.
UNA TRADITA: impressa Latina: Illustrium virorum elogia (Basileae?), manuscripta Germanica: Rationes Germanicae cuiusdam mercatoris pro a. 1599 et commercio cum Venetiis, item rationes: Herrn Sigismundo Sosbacher [!] in Villach a. 1622.
PROVENIENTIA: et originis et usus Germanica (Carinthia).

Balbus, Iohannes: Catholicon. Littera A : Aalma — Abluo

inc.: *[Aalma ...] sive montanus ut dicitur ...*
des.: *[Abluo ...] et lues removere ab vel con[sumere].*

S. Fr. l. m. 34.

s. 14/15.

BALBUS, IOHANNES

Fragm. membr. — f 1 — 400×255 mm — binae columnae — lineae exstantes 43 — pars scripta integra 315×210 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 14/15. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: litterae initiales simplices rubrae et caeruleae, maiusculae nigrae cum lineis rubris ornatae.
LIBER TRADENS: BBe 1 (1—7): Nigrinus, Georgius: Warhafftiger, gruendtlicher, christlicher Bericht, ... auf das Buch Caspar Alunbergen ... s. l. 1591. — Pro tegumine eiusdem libri inserviebat etiam S. Fr. l. m. 185.
POSSESSOR: *Ex libris Joannis Kuhn Amorbacensis 1615.* — sigillum Bibliothecae Universitatis.
UNA TRADITA: manuscripta Germanica: rationes solutionum, in margine superiore: *Soll geben 5 denarios Primo Febrar 1520.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Germanica meridionalis.

Balbus, Iohannes: Catholicon. Littera H: Haurio — Helyos

inc.: *Haurio, ris ...*
des.: *Helyos Ab hely quod est deus dictus est sol elios.*

S. Fr. l. m. 35. Tab. 19.

s. 13/m.
IOSEPHUS FLAVIUS

Fragm. membr. — f 1 — 175×253 mm — binae columnae — lineae exstantes 25 — pars scripta non integra *175×*190 mm — lineatio.

SCRIPTURA: minuscula gothica, indoles Gallica, s. 13/m. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: litterae initiales binae rubrae et unica caerulea (cf Tab.).
LIBER TRADENS: BBb 18: Zwo Trostschrifften Reben einem Trostbuechlein und einer Vermahnung welche der fromme Christliche und getrewe Diener Gottes Martinus Lodinger ... geschriben hat. Leipzig 1624.
POSSESSOR: non notatur.
UNA TRADITA: impressa Latina: Erasmus: In evangelium Lucae paraphrases.
PROVENIENTIA: originis Gallica (cf Scripturam), usus incerta.

Iosephus Flavius: Antiquitates Iudaicae. L. 16, 8—11.

f 1ra inc.: *[pene?] lapsus est ...* (c 8.)
des.: *... eum faceret crimi[nationes]* (c 8, recte 9!)
f 1rb inc.: *[latro]cinandi non habebant ...*
des.: *... cunctam herodis ter[ram]*
f 1va inc.: *castellum ubi latrones ...*
des.: *... depredasse dum pro egri[tudine]* (c. 10)
f 1vb inc.: *potentibus. Interea Obado ...*
des.: *... nobilis domi ma[lus]* (c. 11).

ED.: Iosephus, Flavius: Antiquitatum Iudaicarum libri XX, ad vetera exemplaria diligenter recogniti ... Basileae 1534. 434—436.

PHILOSOPHIA NATURALIS

S. Fr. l. m. 36.

s. 14/2.
PS-GEBER

Fragm. membr. — ff 2 — 212×128 et 210×98 mm — unica columna — lineae exstantes 30 — pars scripta integra 153×88 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: una littera initialis caerulea, paragraphi in rubro; in marginibus superioribus tituli *(GEB L. 5')* litteris rubris et alternatim caeruleis lineisque adverso colore transductae.
LIBER TRADENS: Bg 7: Granatensis, Ludovicus: Introductionis ad symbolum fidei ... Coloniae 1588.
POSSESSOR: *Collegij (Claudiop. — expunctus) Tyrnaviensis Soc. Jesu Bibliothecae communis. Catalogo inscriptus 1632. L. L. n. 27.*
UNA TRADITA: impressa Latina: Biblia (L. Regum.).
PROVENIENTIA: originis potest esse, usus certe est Hungarica (Tyrnavia cf Vol. I/1. U. Fr. l. m. 60).

Ps-Geber: Summa perfectionis magisterii in sua natura. c. 8. [ed. c. 7!]
paginae codicis: [238], 241

f 1 inc.: vix legibilis *[ut in illa possit inveniri ...?]*
Rubrica: *Capitulum octavum de essentia veneris et ex quibus [...]*
des.: ... *amicabiliter argentum vivum sus[cipere]*
deest 1 bifolium
f 2 inc.: *in principiis eius ex natura sua quam Jovis ...*
des.: ... *Aliter autem ex medi[cina].*

ED.: — —. Gedani 1682. 124—127, 133—136.

THEOLOGIA

S. Fr. l. m. 37. Tab. 20.
s. 13/m.
GLOSSA ORDINARIA

Fragm. membr. — ff 2+2, fasciculi duo intermedia bifolia, desunt duo media bifolia — 287×450 et 290×455 mm — textus binae columnae, apparatus in forma sua — lineae exstantes: textus max. 40, apparatus max. 80 — pars scripta non integra *250×155 mm.
SCRIPTURA: gothica textualis formata et ad textum (Mss dés Pl. XLV. a.) et ad glossam, s. 13/m. — manus duae, una ad textum et altera ad glossam — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim, lineis adverso colore per pennam ductis, paragraphi et numeri capitis in rubro et caeruleo lineis per pennam ductis ornati; in marginibus superioribus tituli *EX—DUS* et *LE—CUS* litteris rubris et alternatim caeruleis lineisque adverso colore transductis.
LIBER TRADENS: Da 14: Angelus ab Aretino: Institutionum D. Justiniani Libri Quatuor. s. l. 1549.

POSSESSOR: *Nicolai Budovicky [?] C. et Ar. Vaska.*
PROVENIENTIA: originis Gallica (Parisii), usus Hungarica (cf Vol. I/1. U. Fr. 1. m. 64.).

Glossa ordinaria ad Librum Exodi (30, 35 — 34, 2) et ad Librum Leviticorum (2, 2 — 4, 24)
— de eodem codice Vol. I/1. U. Fr. l. m. 64. et Vol. I/3.

f 1r inc.: *diligenter et purum et sanctificatione* ... (Ex 30, 25)
des.: ... *irascitur furor tuus* (32, 11)
f 1v inc.: *Ne queso dicant Egyptii* ... (32, 12)
des.: ... *Feceruntque filii* (32, 28)
f 2r inc.: *est Moyses ad populum* ... (32, 30)
des.: ... *ille reverteretur in castra* (33, 11)
f 2v inc.: *cum dixeris: [Novi te ex] nomine* ... (33, 12)
des.: ... *ut ascendans statim in montem* (34, 2)
f 3r inc.: *unus tollet et pugillum* ... (Lv 2, 2)
des.: ... *in sacrificio Domino. Primitias* (2, 12)
f 3b inc.: *omni oblatione tue offeres sal* ... (2, 13)
des.: ... *cum renibus et pinguedinem* (3, 10)
f 4r inc.: *Si capra fuerit eius oblatio* ... (3, 12)
des.: ... *altaris thymiamatis gratissimi* (4, 7)
f 4v inc.: *autem sanguinem reliquum fundet* ... (4, 7)
des.: ... *cumque immolaverit eum in loco* (4, 24).

ED.: Biblia Sacra cum glossa interlineari ordinaria. I. Venetiis 1588. 197—205, 217—220.

S. Fr. l. m. 38.

s. 13/m.
GLOSSA ORDINARIA

Fragm. membr. — ff 2, senionis primum-ultimum bifolium, desunt 5 media bifolia — 250×372 mm — textus unica columna cum glossis in utraque parte et interlinearibus — lineae exstantes textus 24, apparatus max. 46 — pars scripta integra 210×120 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 13/m. — manus duae, una ad textum et altera ad glossam — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: litterae initiales simplices rubrae et caeruleae; paragraphi in rubro et caeruleo lineis per pennam ductis ornati; in marginibus superioribus tituli (*JO—H'ES*) litteris rubris et alternatim caeruleis lineisque adverso colore transducti.
LIBER TRADENS: BBa 8 (1—3): Bericht Camerer und Rathes der Statt Regenspurg etzlicher im Kirchen Ambt und Schueldienst der Evangelischen Kirchen und Schulen... Regenspurg 1574. — Coll. 3: Müller, Georg: Drey Christliche Predigen. Laugingen 1582.

POSSESSOR: ignoscitur. Signum libri vet.: *N° 148* (Posonium, Coll. SJ?).
UNA TRADITA: impressa Latina grammatica in cruda.
PROVENIENTIA: et originis et usus Germanica meridionalis?

Glossa ordinaria in Johannem. c. 12, 12—26, 15, 24 — 16, 8.

f 1 textus inc.: *cum audisset quia venit Iesus ...*
apparatus inc.: *Ecce oves de Israel veniunt ...*
textus des.: *... honorificavit eum pater [meus]*
apparatus des.: *... eligit occidi*
f 2 textus inc.: *Tunc [!] autem viderunt et oderunt me ...*
apparatus inc.: *si putet malum nesciens oderit ...*
textus des.: *... et cum venerit ille*
apparatus des.: *... ut sit eis libertas arguendi.*

ED.: Biblia Sacra cum glossa interlineari ordinaria. T. 5. Venetiis 1588. 211v—222v, 231v—232.

S. Fr. l. m. 39.
s. 13/1.
PETRUS LOMBARDUS

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 240× 409 mm — textus unica columna, apparatus in forma sua — lineae exstantes: textus 22, apparatus 44 — pars scripta integra 204×142 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, indoles Gallica s. 13/1. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: litterae initiales simplices rubrae, partes textus in rubro subductae, nomina patrum citantur in margine in rubro.
LIBER TRADENS: CCa 19 (1—21): Abraham a S. Clara: Neuerwählte Paradeis-Blum von dem Allerdurchleuch. Wien 1675.
UNA TRADITA: impressa Germanica: probabiliter ex alio exemplari Libri tradentis.
PROVENIENTIA: originis Gallica, usus Austriaca seu Germanica meridionalis.

Petrus Lombardus: Collectanea in epistolas Pauli. In Ep. I ad Corinthios 14, 5—15; 15, 25—28.

f 1r textus inc.: *Qui loquitur linguis ...*
des.: *... tuba quis para[bit se]*
app. inc.: *volo vos prophetare [quam] linguis ...*
des.: *... ita distingue litteram Ideo nes[citur]*
f 1v textus inc.: *tuos per linguam nisi...*
des : *... psallam et mente*
app. vix legibilis

f 2r textus et apparatus vix legibilis
f 2v textus inc.: *oportet autem ...*
des.: *... sit Deus omnia in omnibus*
app. inc.: *[ex] humilitate regnat quam habuit ...*
des.: *... Ambrosius Attende quod ait cum.*

ED.: PL 191, 1665—6, 1679—81.

S. Fr. l. m. 40.

s. 14/2.

HUGO A SANCTO CARO

Fragm. membr. — f 1 — 371×310 mm — binae columnae — lineae exstantes 66 — pars scripta integra 332×220 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 14/2. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: littera initialis unica rubra, capita in rubro; vocabula rubro subducta.
LIBER TRADENS: BBa 1 (1—4): Scherer, Georgius S. J.: Christliche Erinnerung, bey der Historien ... einer Junkcfrauen die mit ... Teufel besessen gewesen. Ingolstadt 1584. — Coll. 2: Scherer, Georgius: Bericht ob der Papst zu Rom der Antichrist sey. Ingolstadt 1585.
POSSESSOR: *Residentiae Alba Regalis [S. J.] 1748.* — sigillum Bibliothecae Universitatis.
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Hugo a Sancto Caro OPraed: Postillae super libros Bibliae. Is 34—35.

inc.: *Et tabescet omnis militia celorum ...* (Is 34)
des.: *... Confortate [manus dissolutas]* (Is 35).

ED.: Hugo de Sancto Charo: In Libros Proverbiorum ... opus. T. 3. Venetiis 1732. 74v—77.

S. Fr. l. m. 41. Tab. 21.

s. 14/m.

LECTURA IN PROVERBIORUM

Fragm. membr. — f 1 — 330×220 mm — binae columnae — lineae exstantes 50 — pars scripta integra 240×165 mm — punctatio.

SCRIPTURA: cursiva currens s. 14/m. — manus unica — abbreviationes multae et plerumque universitatis.
ORNAMENTA: initialis unica rubra, lineis caeruleis ornata; maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, partes textus in rubro subductae; in margine superiore *Jō* inscriptio in rubro.

LIBER TRADENS: BBa 6 (1—8): Heshusius, Tilemannus: Extract oder Auszug aus einem christlichen Sendbrieff und Warnung. Eisleben 1591. — Coll. 3: Schopius, Carolus: Ein Christliche Predigt von dem heiligen Abendmal des Herren Christi. s. l. 1588.
POSSESSOR: *Collegij Societatis Jesu Zagrab. 1649. Catalogo inscriptus.*
PROVENIENTIA: originis incerta, usus potest esse Hungarica.

Lectura in Librum Proverbiorum. 3, 4—5.

— Auctor incertus; citantur: Sanctus Thomas de Aquino, Hugo a S. Caro, Boethius, Aristoteles.

SPEC. TEXTUS: *Habe fiduciam in Domino. Postquam S. Salomon in precedenti particula hortatus est ad actum equitatis et clemencie. Hic modo hortatur ad scienciam spei et confidencie. Et prima dividitur in tres partes secundum tres anime vires in Deum ordinandas per virtutes. In prima ostendit concupiscibilem ordinandam in Deum per spem et prestolacionem summe bonitatis. In secunda ostendit racionalem ordinandam in Deum per agnicionem veram summe veritatis. In omnibus viis tuis cogita illum semper. In tercia irascibilem per rectam formidacionem summe maiestatis. Time Deum et recede a malo. Adhuc prima in secunda. Nam in prima parte potest certe expectacionis firmitatem. In secunda deponit alte presumpcionis vanitatem ...*

S. Fr. l. m. 42.
s. 14/1.
THOMAS DE AQUINO

Fragm. membr. — f 1 — 168×217 mm — binae columnae — lineae exstantes 19, orig. 32 — pars scripta non integra, *135×165 mm, integra cca 220×165 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/1. — manus unica — interpunctio originaliter indistincte punctum, cui posterior manus virgulam ad pausam mediam distinguendam super addit — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: maiusculae nigrae in rubro duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBf 20: [Felix, Simon]: Vulpecula Tubingensis demoliens vineam ecclesiae Christi... Dilingae 1622.
POSSESSOR: *Collegij Tyrnaviensis Societatis Jesu* (expunctus: *1629*). *Catalogo inscriptus 1632. L. S. n. 21.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica (Liber tradens 1622, Possessor 1629).

Thomas de Aquino: Catena aurea in Matthaeum. c. 22.
— de eodem codice S. Fr. l. m. 43.

f 1ra inc.: *quanto per hoc transisse ...* (lc l. 175)
des.: *... Chrysostomus super Mt. Quod* (175)

f 1rb inc.: *venite ad nupcias, non pedibus* ... (200)
des.: ...*puta exercentes agrum vel vineam, aut o[pus]* (225)
f 1va inc.: *[veni]re ad regis nupcias recusat* ... (225)
des.: ... *qui autem negociis impediti* (250)
f 1vb inc.: *ad nupcias, et agebat opera clemencie* ... (275)
des.: ... *sub duce Vespasiano et Tito qui occisis* (275).

ED.: Thomas de Aquino: Opera omnia. Vol. 5: Commentaria in Scripturas. Stuttgart 1980. 215—216.

S. Fr. l. m. 43.
s. 14/1.
THOMAS DE AQUINO

Fragm. membr. — f 1 — 315×235 mm — binae columnae — lineae exstantes 32 — pars scripta integra 220×165 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/1. — manus unica — interpunctio: originaliter indistincte punctum, cui posterior manus virgulam ad pausam mediam distinguendam super addit — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: maiusculae nigrae in rubro duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBj 12: Huntlaeus, Jacobus Gordonius: Controversiarum Christianae fidei adversus... haereticos epitome. Coloniae 1620.
POSSESSOR: *Societatis Jesu Collegij Tirnaviensis [!] Catalogo Inscriptus 1632. L. J. n. 47.*
UNA TRADITA: incunabula Latina (Legis et Decreti), fragmentula impressa Germanica.
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica (Liber tradens 1620 — Catalogus 1632.).

Thomas de Aquino: Catena aurea in Matthaeum. c. 22.
— de eodem codice S. Fr. l. m. 42.

inc.: *[vo]luntate mente idest memoria* ... (lc 4. 125)
des.: ... *et ideo dixerunt eum esse* (lc. 5. 1).

ED.: — —. 218.

S. Fr. l. m. 44. Tab. 22.
s. 13/1.
TRACTATUS DE SCIENTIA SIVE SAPIENTIA DEI

Fragm. membr. — forsitan f 1 in 8 partibus, quarum maxima 42× 90 mm — glossae marginales — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/1. — manus unica et ad textum et ad glossam — abbreviationes paucae et consuetae.
ORNAMENTA: textus: supersunt nulla; apparatus: paragraphi in rubro.
LIBER TRADENS: BBh 7 (1—4): Schweitzer, D.: Ein christliche Busspredigt ... Francofurti a M. 1593. — Coll. 2: Kircher, Conradus: Zehn Predigten von erschroechlichen Erdbidemen. Lauingen 1594. (Pro tegumine eiusdem libri inserviebat etiam S. Fr. l. m. 216.)
POSSESSOR: *Reverendo pietate, eruditione Viro Magistro Sebastiano Hartmuth Ecclesiae Weyhrburgensis pastori vigilantissimo amico suo et fratri in Christo colendo M. David Schwarzner manu propria. — Conventus Posoniensis PP Trinitariorum H. l. 109.*
UNA TRADITA: manuscripta Latina s. 17.: Capita disputationum Libri primi Physicorum.
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Tractatus „de scientia sive sapientia Dei" et de differentia personarum Trinitatis

cf Tab.

S. Fr. l. m. 45. Tab. 23.

s. 14/1.

TRACTATUS DE FORMA DONATIONIS CORPORIS CHRISTI

Fragm. membr. — ff 3 — 240×400 et 220×85 mm — binae columnae — lineae exstantes 35 — pars scripta integra 210×160 mm, non integra *205×*60 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: cursiva currens s. 14/1. — manus unica — abbreviationes multae et plerumque universitatis.
ORNAMENTA: littera initialis unica rubra, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, partes textus in rubro subductae.
LIBER TRADENS: BBd 10 (1—23): Tettelbach, [Heinrich]: Zwo christliche Leichpredigten ... Lauingem 1612. — Coll. 8: Bocksperger, Johannes: Leichpredigt so bey der ehrlichen Begrebnues des Ehrwirdigen... Stephani Lohaei ... Wittemberg 1588.
POSSESSOR: in fol. praeligato: *M. Adam Tettelbach manu propria. Posonii m. m. 1613. — Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
UNA TRADITA: impressa Latina: 1. Johannes de Ragusio OPraed in articulo communis sub utraque specie ... A. D. 1433. — 2. Aegidii Carlerii, decani ecclesiae Cameracensis Oratio, qua respondit ... in concilio Basileensi [!] ad articulum secundum Bohemorum, De corrigendis peccatis publicis, quem proposuit per biduum Nicolaus Taborita.
PROVENIENTIA: originis incerta, usus potest esse Hungarica.

Tractatus theologicus de forma donationis Corporis Christi
— Auctor incertus, citantur Leo, Alexander, Gregorius, Augustinus.

SPEC. TEXTUS: *De secundo sequitur et ... rursus cum in novissimo die quod dominus huius virtute sacramenti reformabit corpus a pulvere configuratum corpori claritatis sue. Amen. De forma donacionis qua corpus Christi datur velatum racione dignitatis malorum et bonorum fidei. Venite comedite panem etc ... Quomodo potest dare nobis carnem suam ad manducandum Jo 6 ... proprium sacramentum regis abscondere bonum est secundum principale circa sacramentum corporis dominici notandum est forma donacionis et circa hanc tria sunt consideranda, Primum est quod corpus suum dat velatum secundum quod dat velatum sub specie panis tercium quod sub specie panis triticei primum circa formam donacionis corporis dominici considerandum est quod datur velatum non nudum ...*

LEX

S. Fr. l. m. 46.
s. 13/2.
CODEX CUM APPARATU ACCURSII FLORENTINI

Fragm. membr. — f 1 — 361×210 mm — textus binae columnae, apparatus binae columnae — lineae extantes textus 38, apparatus cca 98 — pars scripta non integra, textus cum apparatu 316×*195 mm, textus integer 180×120 mm.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, littera Bononiensis s. 13/2. — manus diversae et ad textum et ad apparatum — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.

ORNAMENTA: corpus initialis in rubro et caeruleo lineis rubris ornatum, initiales caeruleae lineis rubris ornatae, initiales rubrae simplices, rubricae, numerus libri in margine superiore rubro et caeruleo colore *IIII.*

LIBER TRADENS: BBb 3 (1—14): Sturmius, Johannes: Palinodia ad Lucam Hosiandrum. Neapoli Palatinorum 1581. — Coll. 5: Osiander, Lucas: Bericht vom Fassnacht Triumph Georgii Scherers. Tübingen 1587. — Coll. 10: Melanchthon, Philippus: Judicium de controversia Coenae Domini... Heidelbergae 1560.

POSSESSOR: *Sum Johanni Moonlio H. br. Janus Urslsch — Joannes Moons* (ante compacturam) — in coll. 10: *Suo Joanni Moonlio H. Belarius Westphaliensis.*

UNA TRADITA: fragmentula impressa Germanica.

PROVENIENTIA: originis Italica, usus incerta.

Codex cum apparatu Accursii Florentini. C. IV. 8, 1—2; 9, 1—4; 10, 1—4.

f 1r inc.: *[soli]dum teneri* ... (8, 1)
des.: ... *contractibus con[siderari]* (10, 4)
f 1v textus vix legibilis.

ED.: — —. Parisiis 1559.

S. Fr. l. m. 47.
s. 13/2.
DIGESTA CUM APPARATU ACCURSII FLORENTINI

Fragm. membr. — f 1 — 425×235 mm — textus: binae columnae, apparatus: binae columnae — lineae exstantes: textus 49—52, apparatus 86 — pars scripta integra 303×210 mm — lineatio et punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis indoles Gallica s. 13/2. — manus diversae et ad textum et ad apparatum; glossae a manibus utentium codicis (s. 13/2.—14/1.) — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.
ORNAMENTA: initiales caeruleae lineis rubris ornatae; maiusculae rubrae; paragraphi in rubro.
LIBER TRADENS: BBb 5 (1—10): Altenrath, Georg: Cathechismus Ubiquitisticus. s. l. 1596. — Coll. 2: Rungius, David: Notwendiger Unterricht von dem Calvinistischen Buch... Wittenberg 1597.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Fosonij ad S. Salvatorem 1690.*
UNA TRADITA: Carmen Epithalamicum ad nuptias Ismaelis Bittman et Annae Detzauer [?] per Zachariam „Leibholdt von Solbergk Stadtschreiber der fürstlichen freyen Bergstadt Silberberg" a. 1635. dictatum.
PROVENIENTIA: originis Gallica, usus videtur esse Germanica.

Digestum vetus cum apparatu Accursii Florentini. D. IX, 2, 2—11

inc.: *Unde igitur apparet* ... (2, 2)
des.: ... *sed Julianus eum demum* (2, 11).

ED.: — —. Norimbergae 1482. 186v—188.

S. Fr. l. m. 48. Tab. 24.
s. 13/2.
DIGESTA CUM APPARATU ACCURSII FLORENTINI

Fragm. membr. — f 1 — 225×22 mm, inter duas partes vacant 9 mm — textus: binae columnae, apparatus: binae columnae — lineae exstantes: textus 41, orig cca 51, apparatus 50 — pars scripta non integra *196×*180 mm, textus integer cca 210×120 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/2. — manus diversae et ad textum et ad apparatum — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae — glossae marginales et interlineales a manu utentis s. 14/1.
ORNAMENTA: initiales caeruleae, maiusculae rubrae, rubrica paragraphi in rubro et caeruleo.
LIBER TRADENS: BBi 8: Molina, Ludovicus S. J.: Liberi arbitrii concordia cum gratiae donis divina praescientia ... Antverpiae 1609.
POSSESSOR: *Collegij Tyrnaviensis Societatis Jesu Catalogo inscriptus Litt. M. No. 215. Anno 1639.*
UNA TRADITA: impressa Latina: Poemata de regibus Hungaricis; manuscripta Latina: sermones inter exercitamina et conceptus, oratio de S. Stephano rege.
PROVENIENTIA: originis Italica, usus Hungarica (cf Poss. et Una tradita).

Digestum novum cum apparatu Accursii Florentini. D. XLVIII, 19, 28 — XLVIII, 20, 5.

f 1ra inc.: *[deporta]tus evaserit...* (XLVIII. 19, 18)
des.: ... *Ulpianus si presens* (32)
f 1rb inc.: *[sen]tentia pene ...* (33)
des.: vix legibilis
f 1va inc.: *Quod si eo mulier...* (38)
des.: ... *inimico marito fi[lium]* (39)
f 1vb inc.: *Hermogenianus interpretatione...* (42)
des.: ... *mulierem uxoris animum* (20, 5).

CANONES

S. Fr. l. m. 49. Tab. 25.
s. 9/2.
COLLECTIO PSEUDO-ISIDORIANA

Fragm. membr. — f 1 — 303×220 mm — unica columna — lineae exstantes 28 — pars scripta integra 230×170 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: minuscula carolina, indoles Germanica s. 9/2. (cf Tab.) — manus unica — abbreviationes consuetae — ligatura: *et; e* caudata — interpunctio: pausa media; corrector in margine addit (s. 10/11.): *De ecclesiis parroecianis* correspondenter in textu: de ecclesiis ergo parroetianis.
ORNAMENTA: littera initialis unica nigra (a manu scriptoris).
LIBER TRADENS: BBc 15: Bachmanus, Georgius: Centuriae tres exercitationum theologicarum. Witebergae 1597.
POSSESSOR: *Sum ex libris Jobi Zabelerj Ung. Leutsch.* (ante a. 1650 rector gymnasii Leutschoviensis).

UNA TRADITA: impressa Germanica: Psalterium — manuscripta Latina: adnotata biblico-theologica de Vaticiniis prophetarum praesertim Esaiae in quibus Calvinus multoties allegatur, sed non approbatur.
PROVENIENTIA: originis Germanica, usus potest esse Hungarica.

Collectio Pseudo-Isidoriana. Epistolae I—II Dionysii Alexandrini

inc.: *sue benedicentur. Dilectio Dei honorabilis* ... (194, 19)
des.: ... *videtur intimare, quam ut se se[quaris]* (196, 13).

ED.: Hinschius, P.: Decretales Pseudo-Isidorianae. Lipsiae 1863. 194—196.
VAR. LECTIONES: benedicetur 194, 19: benedicentur; in vulva 22: in vulvam; custodiat 24: custodiet; deum 25: dominum; utraque 27: utramque; intellectus 27: intellectum; compartietur 29: compatitur; gloriam 30: gloria; rami enim illius 31: *om.;* scientiae 32: scientia; animositatis 36: animositas; illius: eius; timori 195,5: timor; *scriptor om. corrector add.:* Ne fueris ypocrita in conspectu hominum et non scandalizaeris labiis tuis; et doctrina 13: *om.;* Non contradicas veritati 14: Non contradices verba veritatis; Noli citatus 16: Noli tacitus; praesentes 20: praesentes vos; apostolorum principes 21: *o.i.;* concordiae 196,3: concordia; tunc salubriter 10: *o.i.;* parrochianis 11: parroetianis.

S. Fr. l. m. 50. Tab. 26.
s. 13/m.
DECRETUM GRATIANI

Fragm. membr. — f 1 — 400×270 mm — binae columnae — lineae exstantes 53 — pars scripta integra 270×155 mm — lineatio et punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, indoles Gallica, s. 13/m. — manus unica ad textum lapsus permultos scriptoris manus altera (s. 14/1.) correxit — glossae marginales a manu utentis s. 14.
ORNAMENTA: initiales simplices rubrae et caeruleae, rubricae, in margine superiore numerus causae XXVI in rubro.
LIBER TRADENS: BBi 15 (1—25): Grynaeus, Johannes Jacobus: Censura theologica antichristianorum errorum origine ... respondente Quirino Reuttero. Heidelbergae 1584. — Coll. 3: Hunnius, Egidius: Propositiones de praecipuis christianae religionis capitibus, quae hoc exulcerato nostro saeculo in controversiam trahuntur. Francofurti ad Moenum 1585. — Coll. 15: [RMK III, 743]: Tolnai Nicolaus: De Catholicae Ecclesiae Sanctificatione E Mundo, Theses Didascalicae, De quibus praeside Joanne Jacobo Gryneo ... Heydelbergae 1585.
POSSESSOR: *Sum M. Georgy Gryney Bochteny Partim Marspurg partim Heidelbergae Ao. 83. 84. 85.* [Anno 1583—1585].

UNA TRADITA: impressa Germanica: Rettung des Testaments Herrn Johann Brentzen.
PROVENIENTIA: originis Gallica (cf Scripturam), usus Germanica.

Decretum Gratiani (sine apparatu). cc 12—14, C XXVI, q. 5. cum glossis brevissimis in margine (cf Tab.)

inc.: *[cor]reptionem devita ...*
des.: *... mentem Sauli et habitum Samuelis.*

ED.: — —. Venetiis 1605. 1374—1376.

S. Fr. l. m. 51. Tab. 27.

s. 13/2.

DECRETUM GRATIANI CUM APPARATU BARTHOLOMAEI BRIXIENSIS

Fragm. membr. — ff 2+2, primum et secundum bifolium quaternionis — ff 1—4 213×373 mm, ff 2—3 211×368 mm — textus: binae columnae, apparatus: binae columnae — lineae exstantes: textus 46, apparatus 68 — pars scripta non integra, textus cum apparatu *208× 222 mm — punctatio.

SCRIPTURA: textus: gothica textualis, indoles Gallica s. 13/2. — apparatus: cursiva currens s. 14. — manus diversae et ad textum et ad apparatum; glossae a manu utentis et correctoris s. 14. — abbreviationes multae et consuetae in iurisprudentia notae.
ORNAMENTA: corpus initialis in rubro et caeruleo lineis rubris et caeruleis instar foliarum habundanter ornatum, initiales rubrae et caeruleae alternatim lineis in adverso colore ornatae, maiusculae simplices in rubro et caeruleo, rubricae, paragraphi in rubro et caeruleo alternatim (cf Tab.).
LIBER TRADENS: BBk 2: Thomas de Aquino: Tertia pars Summae Sacrae Theologiae ... Thomae a Vio ... commentariis adaucta. Lugduni 1575.
POSSESSOR: non notatur.
UNA TRADITA: impressa Latina: Missale; Tractatus de verborum obligatione.
PROVENIENTIA: originis Gallica, usus Hungarica.

Decretum Gratiani cum apparatu Bartholomaei Brixiensis (sine casibus). c. l. C V. q 1 — c 8. C VI. q 1; cc 18—47. C VII. q 1.

TEXTUS:
f 1ra inc.: *Qui in alterius famam* ... (c l. C V. q I.)
des.: ... *venerit ad conventum* (c l. q II.)
f 1rb inc.: *Presenti decreto* ... (c 2.)
des.: ... *suis nullatenus cogitur* (c 3.)

f 1va inc.: *valeat qui impeditus* ... (c 1. q. III.)
des.: ... *ad sedem Apostolicam deferatur* (c 2. q IV.)
f 1vb inc.: *Romane sedis intellegi* ... (c 2.)
des.: ... *item ad Vincentium Donatistam* (c 1. q V.)
f 2ra inc.: *voluntaria oscula inimici* ... (c 2.)
des.: ... *Item labium* (c 5.)
f 2rb inc.: *Impius autem confundit* ... (c 5.)
des.: ... *Qua pena sit delator* (c 5. q VI.)
f 2va inc.: *maculaverit iuxta sacerdotis* ... (c 7.)
des.: ... *infamie maculis sunt* (c 3. C VI. q. I.)
f 2vb inc.: *Omnes illi sunt*... (c 3.)
des.: ... *nullatenus eos debet* (c 8.)
f 3ra inc.: *quod so ingerenda patrimonii* ... (c 18. C VII. q I.)
des.: ... *sua sacerdotali more resideat* (c 20.)
— f 3rb et f 3va: abscisa —
f 3vb inc.: *[ali]am pecuniam tribuere* ...
des.: ... *mutant civitates sed mutantur* (c 35.)
f 4ra inc.: *Omnis qui gemebat* ... (c 36.)
des.: ... *defuncto soluta est* (c 39.)
— f 4rb et f 4va: abscisa —
f 4vb inc.: *plures relinquere velint* ... (c 46.)
des.: ... *sollicito, ut si Dei* (c 47.)

APPARATUS:
f 1r inc.: *ff de rebus eorum* (In executoribus c 3. C IV. q II.)
f 4v des.: ... *cum maiora facere [possit]* (c 38. C VII. q I.).

ED.: — —. Venezia 1498.

S. Fr. l. m. 52.

s. 13/2.

DECRETUM GRATIANI CUM APPARATU BARTHOLOMAEI BRIXIENSIS

Fragm. membr. — f 1 — 380×232 mm, in duo partibus — textus: binae columnae, apparatus in forma sua — lineae exstantes 49, orig. cca 53 — pars scripta: textus cum apparatu non integra, 283×*195 mm, textus integer 255×122 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis indoles Italica s. 13/2. — manus diversae et ad textum et ad apparatum, glossae marginales et interlineales a manu utentis codicis s. 14. — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim, cum lineis adverso colore ornatae, rubricae et paragraphi, numerus causae in margine superiore in rubro et caeruleo *XIII.*

LIBER TRADENS: BBh 3 (1—10): Probus, Antonius: Zwo Tauffpredigten von der schönen und trostreichen Historia. Eissleben 1588. — Coll. 4: Lipusgil Thomas Sigfridus: Ob König Saul welcher sich selbst erstochen Sesie, oder Verdampt zuachten sey. Hiera 1591.

POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
UNA TRADITA: fragmentula incunabuli et manuscripta Germanica et Latina.
PROVENIENTIA: originis Italica, usus potest esse Hungarica.

Decretum Gratiani cum apparatu Bartholomaei Brixiensis. cc 7—21, C XIII, q. 2.

text. inc.: *[per or]dinem et secundum ...*
app. inc.: *In ecclesiastico id est ...*
text. des.: ... *In poenitentia defunctis*
app. des.: ... *Anime.*

ED.: —. Venezia 1498.

S. Fr. l. m. 53. Tab. 28.
s. 13/2.
DECRETUM GRATIANI CUM APPARATU BARTHOLOMAEI BRIXIENSIS

Fragm. membr. — ff 1+1, unum bifolium — f 1 380×258 mm, f 2 380×255 mm — textus: binae columnae, apparatus: binae columnae — lineae exstantes: textus 51, apparatus cca 89 — pars scripta non integra, textus cum apparatu f 1 *340×227 mm, f 2 *332×*225 mm — textus integer 265×155 mm.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, littera Bononiensis s. 13/2. — manus unica et ad textum et ad apparatum, glossae: gothica textualis a manu utentis codicis s. 13/14. (cf Tab.).
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim cum lineis adverso colore ornatae, rubricae, paragraphi in rubro et caeruleo.
LIBER TRADENS: Db 24/c: Joannes Andreae: In primum Decretalium librum Novella Commentaria ... Venetiis 1581.
POSSESSOR: *Ex Libris Petri Draskovics [!...] et Can. Zagrab.* — compactor cf Index „Provenientia fragmentorum" 2. c.
PROVENIENTIA: originis Italica, usus Hungarica.

Decretum Gratiani cum apparatu Bartholomaei Brixiensis. cc 39—70. c. I. q. 1.
— de eodem codice S. Fr. l. m. 54—55.

f 1 inc.: *nec ligati aliquis ...* (c. 39)
des.: ... *potestatis divine hoc est patris* (c. 53)
f 2 inc.: *Alii formam ecclesie ...* (c. 53)
des.: ... *communione persolverat sicut* (c. 70).

ED.: — —. Venetiis 1605. 485—497.

S. Fr. l. m. 54. Tab. 29.

s. 13/2.

DECRETUM GRATIANI CUM APPARATU BARTHOLOMAEI BRIXIENSIS

Fragm. membr. — ff 1+1 — f 1 387×276 mm, f 2 401×271 mm — textus: binae columnae, apparatus: binae columnae — lineae exstantes textus 49—52, apparatus cca 87 — pars scripta integra, textus cum apparatu f 1 360×230 mm, f 2 *390×240 mm, textus integer f 1 276×160 mm, f 2 254×160 mm.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, littera Bononiensis s. 13/2. — manus unica et ad textum et ad apparatum, glossae a manu utentis codicis s. 13/14. gothica textualis — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim lineis adverso colore ornatae, rubricae, paragraphi in rubro et caeruleo (cf Tab.).

LIBER TRADENS: Db 24/a: Ioannes Andreae: In secundum Decretalium librum Novella Commentaria. Venetiis 1581.

POSSESSOR: non notatur — compactor cf Indicem „Provenientia fragmentorum" 2. c.

PROVENIENTIA: originis Italica, usus Hungarica.

Decretum Gratiani cum apparatu Bartholomaei Brixiensis. c. 11, D. LXIII — c. 25, D. LXIII; c. 6, D. LXVIII — c. 1, D. LXXI — de eodem codice S. Fr. l. m. 53, 55.

f 1 inc.: *Quod quia sepe contingere ...*
app. inc.: *consideratur ar. XIX. di. in canonicis*
des.: ... *talium difficultas*
f 2 inc.: *primus archiepiscopus ...*
des.: ... *solent na[sci discordiae]*
app. des.: ... *beneficia sunt.*

ED.: — —. Venetiis 1498.

S. Fr. l. m. 55.

s. 13/2.

DECRETUM GRATIANI CUM APPARATU BARTHOLOMAEI BRIXIENSIS

Fragm. membr. — ff 1+1, unum bifolium — f 1 412×262 mm, f 2 427×263 mm — textus: binae columnae, apparatus: binae columnae — lineae exstantes: textus 48–54, apparatus cca 97 — pars scripta f 1 non integra, textus cum apparatu *379×225 mm, f 2 integra 365×225 mm; textus integer f 1 246×155 mm, f 2 265×155 mm.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, littera Bononiensis s. 13/2. — manus unica et ad textum et ad apparatum, glossae a manu utentis codicis s. 13/14. gothica textualis — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim lineis adverso colore ornatae, rubricae, paragraphi in rubro et caeruleo.
LIBER TRADENS: Db 24/b: Joannes Andreae: In tertium Decretalium librum Novella Commentaria. Venetiis 1581.
POSSESSOR: non notatur, compactor cf Indicem „Provenientia fragmentorum" 2. c.
PROVENIENTIA: originis Italica, usus Hungarica.

Decretum Gratiani cum apparatu Bartholomaei Brixiensis. c 3, D. LXXI — c. 7, D. LXXV.
— de eodem codice S. Fr. l. m. 53—54.

f 1 inc.: *qui sine episcopi* ... (c. 3.)
des.: ... *promoveri contempserint* (D. LXXIV. c. 3.)
f 2 inc.: *nec illic maneant* ... (c. 3).
des.: ... *et sabbati ieiunio circa* (D. LXXV. c. 7.).

ED.: — —. 1605. 330—343.

S. Fr. l. m. 56.
s. 14/1.
DECRETUM GRATIANI CUM APPARATU BARTHOLOMAEI BRIXIENSIS

Fragm. membr. — f 1 — 275×197 mm — textus: binae columnae, apparatus: binae columnae — lineae exstantes: textus 46, apparatus 59 — pars scripta non integra, textus cum apparatu *247×*170 mm — lineatio et punctatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, littera Bononiensis s. 14/1. — manus unica et ad textum et ad apparatum — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim lineis in adverso colore ornatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBg 10: Albrecht, Bernhard: Melancholia. Augspurg 1634.
POSSESSOR: signum *N° 243* (Collegii SJ Posoniensis?).
PROVENIENTIA: originis Italica (cf Scripturam) usus potest esse Hungarica.

Decretum Gratiani cum apparatu Bartholomaei Brixiensis (sine casibus). cc 70—80. III. D IV, de consecratione

f 1ra detruncata
f 1rb textus inc. *multi quippe irruunt* ...
des.: ... *ad patrem ascenderet*

apparatus inc.: *[vir]tus verborum excludit ...*
des.: vix legibilis

f 1va textus inc. *catholicam que propterea ...*
des.: *... cum legitur naturaliter movet*
apparatus inc. vix legibilis
des.: *... multum a furioso*
f 1vb detruncata.

ED.: — —. Venezia 1498.

S. Fr. l. m. 57. Tab. 30.
s. 13/2.
SUMMA DE IURE CANONICO

Fragm. membr. — ff 2 — 243×180 mm — unica columna, orig. binae? — lineae exstantes 49 — pars scripta non integra *220×*75 mm — lineatio et punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, indoles Italica, s. 13/2. — manus unica — abbreviationes in iurisprudentia notae.
ORNAMENTA: paragraphi in rubro et caeruleo, in margine superiore *Pars I* inscriptio in rubro.
LIBER TRADENS: BBc 1: Becanus, Martinus SJ: Privilegia Calvinistarum iterum... Moguntiae 1612.
POSSESSOR: *Collegij Tyrnaviensis Societatis Jesu 1629. Catalogo Inscriptus Tyrnaviae 1632. L. B. n. 52.*
PROVENIENTIA: originis Italica, usus Hungarica (cf Librum tradentem et Poss.).

Summa de iure canonico

— Auctor incertus, citantur: Goffredus de Trano, Johannes Teutonicus, Extra, glossa ordinaria Decreti etc.

SPEC. TEXTUS: *§ Verum ut tanta opinionum diversitas [...] revocetur quoniam promptum est iura iuribus co[...] in of. do. l. unica et ar. extra. de restitutione spol[iatorum]. Lit[teras]* (X. 2.13.13) *totum et extra. de [terminis?] c. x. Dici potest quod in adulter [...] illo minora potest semper dispensare, nisi expresse [...] ueniatur ...*

S. Fr. l. m. 58.

s. 13/14.

GUIDO DE BAYSIO

Fragm. membr. — ff 2 medium bifolium — 230×400 mm — binae columnae — lineae exstantes 52 — pars scripta non integra *195× 185 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, littera Bononiensis, s. 13/14. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.

ORNAMENTA: litterae initiales simplices rubrae et caeruleae, paragraphi in rubro, partes textus in rubro subductae.

LIBER TRADENS: BBg 18 (1—6): Lambertus, Danaeus: Pro Libello Mart. Chemnitij De unione hypostatica naturarum Christi... s. l. 1585.

UNA TRADITA: impressum Germanicum: Diploma Martini episcopi Vratislaviensis (s. a.).

POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*

PROVENIENTIA: originis Italica (cf Scripturam), usus incerta (Silesiae?).

Guido de Baysio: Rosarium decreti. I. Dist 77—80.

f 1ra illegibilis
f 1vb inc.: *adde ista sive sententia ...*
f 2rb des.: *... predictum c. veniens in eo quod dicit*
f 2v illegibilis, tantum rubrica *d lxxx* legitur.

ED.: — —, Venetiis, 1480.

BIBL.: Zeliauskas, J.: De excommunicatione vitiata apud glossatores, 1140—1350. Zürich 1967. 36.

S. Fr. l. m. 59.

s. 13/2.

DECRETALES CUM APPARATU BERNARDI DE BOTONE

Fragm. membr. — f 1 — 418×232 mm — textus: binae columnae, apparatus: binae columnae — lineae exstantes: textus 56, apparatus 122 — pars scripta non integra 400×*224 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, apparatus videtur esse indoles Gallica s. 13/2. — manus diversae et ad textum et ad apparatum, glossae marginales et interlineales a manu utentis s. 14. — abbreviationes: textus: consuetae in iurisprudentia notae, apparatus: plerumque universitatis.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae cum lineis adverso colore ornatae, paragraphi in rubro et caeruleo, in margine superiore *L* [Liber] in rubro.

LIBER TRADENS: BBd 19 (1—29): Truchessius, Otto: Protestatio ... adversus cuiusdam protestantis objectiones ... Dilingae 1630. — Coll. 10: Melander, Philoxenus: Actio perduellionis in Jesuitas ... s. l. 1632.
POSSESSOR: *Sum ex libris Georgy Laurentii Parzmay [...]*
UNA TRADITA: impressa Latina: 1. Eckhardus, Christianus: Controversiarum Ad textus potissimum Controversos repertos in libris Ethicorum Aristotelis Disputatio ... Jenae 1630. — 2. Engellschall, Johannes Georgius: Disputatio... De quaestione Quid sit philosophia practica. Jenae 1631. — manuscripta Germanica: fit mentio de *Statrech zur Erffort.*
PROVENIENTIA: originis incerta (apparatus Gallica), usus videtur esse Germanica.

Decretales cum apparatu Bernardi de Botone, casus a manu utentis codicis s. 14. c. 3. X. 1, 38—c. 1. X. 1, 40.

f 1r textus inc.: *Licet ab eodem archidiacono ...*
des.: *... in Livoniam profecturus*
apparatus inc.: *institutionem canonicam probare*
des.: vix legibilis
f 1v textus inc.: *vos vicarios suos...*
des.: *... Ideoque mandamus quatenus predictam mulierem*
apparatus inc.: *procurator exponere ...*
des.: *... simul dari possunt.*

ED.: — —. Venetiis 1600.

S. Fr. l. m. 60.
s. 14/1.
DECRETALES CUM APPARATU BERNARDI DE BOTONE

Fragm. membr. — f 1 — 427×217 mm — textus: binae columnae, apparatus: in forma sua — lineae exstantes: textus 42, apparatus 95 — pars scripta integra, textus cum apparatu 380×230 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, indoles Italica s. 14/1. — manus diversae et ad textum et ad apparatum, glossae marginales et interlineales a manu utentis s. 14. — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.
ORNAMENTA: litterae initiales rubrae lineis caerulei coloris per pennam ductis ornatae, caeruleae autem rubri coloris; in margine superiore numeri libros signantes, paragraphi in rubro et caeruleo alternatim.
LIBER TRADENS: BBg 17: Balduinus, Fridericus: Disputationes XXII. Witebergae 1606.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posoniensis ad S. Salvatorem 1692. — Stephanus Schemmecker.*
PROVENIENTIA: originis Italica, usus potest esse Hungarica.

Decretales cum apparatu Bernardi de Botone. cc 5—15, X, 3, 26.

f 1r textus vix legibilis
f 1v textus inc.: *vestrum fuerit examen* ... (c. 11.)
des.: ... *si aliquid ecclesie relinq[atur]* (c. 15.)
app. inc.: *„In secunda" primam habes*
des.: ... *deducebatur jure [Longobardorum]* („Raynutius").

Ed.: — —. Venetiis 1600.

S. Fr. l. m. 61.
s. 13/14.
DECRETALES CUM APPARATU BERNARDI DE BOTONE

Fragm. membr. — f 1 — 375×228 mm — textus binae: columnae, apparatus: binae columnae — lineae exstantes: textus 44, apparatus 80 — pars scripta non integra *320×*210 mm, textus: integra 240× 120 mm — lineatio.

Scriptura: gothica-rotunda, littera Bononiensis s. 13/14. — manus diversae et ad textum et ad apparatum — abbreviationes in iurisprudentia notae.
Ornamenta: initiales rubrae lineis caerulei coloris per pennam ductis ornatae, caeruleae autem lineis rubri coloris.
Liber tradens: BBb 16: Schoppius, Andreas: Weissagung Etlicher falscher Calender schreiber ... s. l. 1597. — BBa 11: Pezold, Georgius: Eine Tuercken Predigt im vierden Sonntage des Advents. (Liegnitz) 1593. —Coll. 2: Rosaemarius, Otho: In turcam Oratio ad... Christianum Distelmeierum. Witebergae 1597.
Possessor: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem Catalogo inscriptus 1693. N° 156.*
Una tradita: fragmenta impressa Latina.
Provenientia: originis Italica, usus incerta.

Decretales cum apparatu Bernardi de Botone. cc 7—16, X. 3, 31

inc.: *[Gal]liam constitutis* ...
des.: ... *Ad apostolicam.*

Ed.: — —. Venetiis 1600.

S. Fr. l. m. 62. Tab. 31.
s. 13/14.
LECTURA IN DECRETALES

Fragm. membr. — f 1 — 183×288 mm — binae columnae — lineae exstantes 21 — pars scripta non integra *123×173 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, littera Bononiensis s. 13/14. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.
ORNAMENTA: initialis unica rubra cum lineis caeruleis ornata.
LIBER TRADENS: BBf 6: Schonheneus, Conradus: Acta disputationis de S. Coena, publice in Academia Heidelbergensi habitae ... Ienae 1587.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij. ad S. Salvatorem 1692.* — sigillum Bibliothecae Universitatis.
PROVENIENTIA: originis Italica, usus Germanica vel Hungarica.

Lectura in Decretales — auctor ignoscitur

SPEC. TEXTUS: *Quam. id est quantum. Sic ponitur iij. q. i. Nulli (C. 3 q. 1 c. 5), xij. q. i. c. ij. (C. 12 q. 1 c. 2). Aliter ponitur pro ualde xxiij. q. iiij. Quam magnum (C. 23 q. 4 c. 10) in principio. Dispendiosa. id est dampnosa. Supra c. i. (?) de rescriptis. (?) Dispendia (VI. 1. 3. 3). Infra de accusationibus. Qualiter ii. (X. 5. 1. 24) [...] in extra supra c. Ne pro defectu (X. 1. 6. 41) [...] inter uniuersas, l. di. Postquam (D. 50 c. 11) [...] rei ueritatem demonstrat ad hoc l. di. Ut constitueretur (D. 50 c. 25), lix. di c. i. (D. 59 c.]), xix. q. iij. Monasteriis (C. 19 q. 3 c. 6). Ad hoc supra c. Ut iuxta (X. 1. 31. 17) in principio, et experiencia preteritorum nos instruit ad futuram...*

S. Fr. l. m. 63.
s. 13/2.
HOSTIENSIS (HENRICUS DE SEGUSIO)

Fragm. membr. — f 1 — 185×285 mm — binae columnae — lineae exstantes 34 — pars scripta non integra *154×205 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, indoles Italica s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae — manus correctoris in margine supplet et emendat; genus litterarum in margine indicatur per correctorem q̄ō.
ORNAMENTA: initialis unica rubra, paragraphi in rubro et caeruleo, partes textus in rubro subductae.
LIBER TRADENS: Ma 24. Hagerus, Balthasar SJ: Collatio Confessionis Augustanae ... Herbipoli 1627.
POSSESSOR: *Collegij Societatis Jesu Tyrnaviae Catalogo inscriptus Litt. C. No. 266. 1635.*
UNA TRADITA: Matricula gymnasii Tyrnaviensis — praedicationes D. Boemiczky et aliorum discipulorum.
PROVENIENTIA: originis Italica, usus Hungarica (Impressum 1627. — Catalogus 1635.).

Hostiensis (Henricus de Segusio): Lectura in Decretales. 1—2, X. 1. 32.
— de eodem codice cf Vol. I/1. U. Fr. l. m. 94—95. et Vol. I/3. et fragmentum Bibliothecae Seminarii Strigoniensis

ED.: — —. Venetiis 1581.

S. Fr. l. m. 64.
s. 13/2.
BERNARDUS DE BOTONE

Fragm. membr. — f 1 — 330×232 mm — binae columnae — lineae exstantes 60 — pars scripta integra 230×160 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae.
ORNAMENTA: initiales rubrae lineis nigris ornatae.
LIBER TRADENS: BBi 19: Foroerus, Laurentius: Mantissa Ant-Anatomiae Jesuiticae... Oeniponte 1635.
POSSESSOR: *Collegij Societatis Jesu Tyrnaviae Catalogo inscriptus. Litt. M. Anno 1636.*
UNA TRADITA: fragmenta manuscripta Germanica et Latina; series et notae cuiusdam classis discipulorum gymnasii Tyrnaviensis.
PROVENIENTIA: originis Italica, usus Hungarica (Impressum 1635. — Catalogus 1636.).

Bernardus de Botone: Casus longi super quinque libros Decretalium. 33—34, X. 3. 30; 3—5, X. 3. 31; 7—12, X. 3. 31.
— de eodem codice: Vol. I/1. U. Fr. l. m. 89—90 et S. Fr. l. m. 65.

f 1r textus vix legibilis
f 1v inc.: *Cum non. Quidam ante ...*
des.: *... que non cogitur sequi.*

ED.: — —. Strassburg 1484.

S. Fr. l. m. 65.
s. 13/2.
BERNARDUS DE BOTONE

Fragm. membr. — f 1 — 170×225 mm — binae columnae — lineae exstantes 35 — pars scripta non integra *140×160 mm, integra cca 310×160 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/2. — manus unica — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae — glossae a manu utentis codice non videntur.
ORNAMENTA: initiales rubrae lineis nigris ornatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBf 17: Maior, Johannes: Valeriani Magni Mediolanensis De acatholicorum credendi regula judicium ... Pragae 1631.
POSSESSOR: *Collegij Societatis Jesu Tyrnaviensis catalogo inscriptus 1638.*
UNA TRADITA: fragmentula manuscripta Latina: sermo? „*scripsi Martinus Hradfer[...]*" — impressa Latina: carmen heroicum de quodam magno magistro Crucigerorum cum rubea stella — manuscripta Latina: Matricula Gymnasii Tyrnaviensis cca a. 1640.
PROVENIENTIA: originis Italica, usus Hungarica (Impressum 1631. — Catalogus 1638.).

Bernardus de Botone: Casus longi super quinque libros Decretalium. 2, X. 3, 44 — 2, X. 3, 46; 2—3, X. 3, 48.
— de eodem codice: Vol. I/1 U. Fr. l. m. 89—90 et S. Fr. l. m. 64.

f 1r textus vix legibilis
f 1va inc.: *[necessi]tate instante ...*
des.: *... propter necessitatem famis coac[ti]*
f 1vb inc.: *[pos]sint constituere ...*
des.: *... canonicis ibidem constitu[endis].*

ED.: — —. Strassburg 1484.

S. Fr. l m. 66. Tab. 32/a—b.
s. 14/1.
LIBER SEXTUS CUM APPARATU JOHANNIS ANDREAE

Fragm. membr. — ff 1+1, duarum quaternionum dua folia, om. inter 2 folia cca 3 folia — 445×270 et 440×270 mm — textus: binae columnae, apparatus: binae columnae — lineae exstantes: textus max. 38, apparatus max. 94 — pars scripta integra, textus cum apparatu max. 370×230 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothico-rotunda, littera Bononiensis s. 14/1. — manus unica et ad textum et ad apparatum — abbreviationes consuetae in iurisprudentia notae — glossae: s. 14/15. a manu utentis codice.
ORNAMENTA: initiales pictae in coloribus aureo, caeruleo, rubro, roseaceo flavo — lineis aureis et albis ornatae. Multae initiales rubri et caerulei coloris, lineis per pennam ductis ornatae adverso colore. Paragraphi in rubro et caeruleo (cf Tab.).
LIBER TRADENS: D. II. 3.: Thomas de Aquino: Summa Theologica I—II. Basel 1485.
POSSESSOR: non notatur, compactor cf Indicem „Provenientia fragmentorum" 2. c.
PROVENIENTIA: originis Italica, usus potest esse Hungarica.

Liber Sextus cum apparatu Johannis Andreae. c. 1. VI° 3, 2 — c. 2. VI° 3, 4; cc. 2—4. VI° 3, 7.

f 1r textus inc.: *coniugatos pro commissis ab eis excessibus* ... (c. 1. VI° 3, 2)
des.: ... *nostram constitutionem* (c. unicum)
apparatus inc.: *Clerici: si clericus coniugatus ferat habitum* ...
des.: vix legibilis
f 1v textus inc.: *receperit teneatur* ...
des.: ... *forma verborum receperit* (c. 2. VI° 3, 4)
apparatus inc.: vix legibilis
des.: ... *Suas: ... exigi in fin. Johannes Andree.*
f 2r textus inc.: *[auc]toritate apostolica et omnimo viribus* ... (c. 2. VI° 3, 7)
des.: ... *non obtinet firmitatem.* (c. 5.)
apparatus inc.: vix legibilis
des.: ... *Firmitatem: ... ibi simplex presentatio litterarum. Jo. An.*
f 2v textus inc.: *Immo si capitulum infra terminum* ...
des.: ... *in parmensi ecclesia vacaturam* (c. 7. VI° 3, 7)
apparatus inc. et des.: vix legibilis.

ED.: — —. Venetiis 1600. 289—293, 341—348.

S. Fr. l. m. 67. Tab. 33.

s. 14/ex.

VOCABULARIUM UTRIUSQUE IURIS

Fragm. membr. — f 1 — 291×190 mm — binae columnae — lineae exstantes 52 — pars scripta non integra 238×*182 mm, integra cca 238×192 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 14/ex. — manus unica — abbreviationes plerumque universitatis et in iurisprudentia notae.
ORNAMENTA: litterae initiales simplices rubrae, paragraphi in rubro.
LIBER TRADENS: BBg 13: Collegii de SS. Scriptura disputatio ... in inclita Academia Wittebergensi. [Wittebergae] 1623—1625.
POSSESSOR: *Joannes Laderus Conc. Posoniensis. — Collegii Societatis Jesu ad S. Salvatorem 1692.*
UNA TRADITA: incunabulum: Nicolaus de Lyra: Commentaria in Joel 2, 19—29. — RMNy 985: Rudinai Fráter János: Lelki szarandoksagh. Nagyszombat 1609.
PROVENIENTIA: originis incerta (potest esse Hungarica), usus Hungarica.

S. TEXTUS: f 1rb *Donacio. ij. causa mortis. Donacio causa mortis est cum quis se uult (?) magis habere quam eum cui donat, magisque eum cui donat quam heredem suum cupit esse, ut ff. de dona. causa mortis l. i. (D. 39.6.1.) et insti. de donationibus l. ij (I. 2. 7. 2!). In quo differt a legacione t[estamentaria?]. Donacio causa mortis ad instar legacionis(?) ius redacta ut idem iuris sicut in utroque insti. de[...]...*

S. Fr. l. m. 68. Tab. 34.

s. 15/m.

PROTOCOLLUM

Fragm. memb. — ff 2 — 165×250 mm — unica columna — lineae exstantes 24 — pars scripta non integra, max. *140×*115 mm.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 15/m. — manus unica — abbreviationes consuetae.

ORNAMENTA: supersunt nulla.

LIBER TRADENS: BBf 8: Bugenhagius, Johannes: In epistolam Pauli ad Romanos interpretatio... Haganoae 1527.

POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*

PROVENIENTIA: originis Austriaca (dioecesis Salisburgensis), usus videtur esse Austriaca.

Liber protocollorum. Processus vel processuum in archidioecesi Salisburgensi forsitan in vicariatu Styriae

— citantur: Bonifacius (IX. 1384—1404), Abbas Scottorum in Vienna, assessor Johannes Lenoch de Varalch, Fridericus canonicus, Nicolaus, Secoviensis, ecclesia in Gmud (Gmüd?), ecclesia Moskir[chen?]. cf Tab.

MEDICINA

S. Fr. l. m. 69.

s. 13/2.

RHAZES

Fragm. membr. — f 1 — *163×*198 mm — binae columnae — lineae exstantes 28 — pars scripta non integra *136×*128 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis, indoles Italica vel Galliae meridionalis s. 13/2. — manus unica — abbreviationes in medicina consuetae.

ORNAMENTA: initiales duae in caeruleo, lineis rubri coloris per pennam ductis ornatae, unica rubra simplex. In margine superiore *AQ-UA* in rubro et caeruleo alternatim.
LIBER TRADENS: BBj 3: Chytraeus, David: Regulae vitae. Vitebergae 1576 — Coll. 2: Waltherus, Georgius: Regulae vitae christianae. Vitebergae 1572.
POSSESSOR: *Ex libris* [expunctus: *Georgii*] *Matthy Ungeri semp. Hung. — Hunc librum dono accepi Ab Excellentissimo Dno Georgio Graelio Cons: Semp: — Matthias Unger S. H. 1673[?].*
PROVENIENTIA: originis Italica vel Galliae meridionalis, usus potest esse Hungarica.

Rhazes, Muhammad: Liber divisionum. c. 35. Medicinae stomachi

inc.: *Confectio trociscorum stelle sedantium ...*
des.: *... Confectio [medicinae extenuantis corpus pingue].*

ED.: — —. Venezia 1497.

S. Fr. l. m. 70.
s. 14/ex.
SIMON DE IANUA

Fragm. membr. — f 1 — 330×232 mm — binae columnae — lineae exstantes 49 — pars scripta integra 193×143 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 14/ex. — manus unica — abbreviationes consuetae.
ORNAMENTA: maiusculae nigrae in rubro duplicatae, paragraphi in rubro.
LIBER TRADENS: Df 52: Nausea, F. B.: De domini nostri Jesu Christi... Viennae 1551.
POSSESSOR: *Ex libris Francisci Kaldii et amicorum eius... 1603. — Catalogo Societatis Jesu Tyrnaviae inscriptus 1632.*
PROVENIENTIA: originis Austriaca vel Hungarica, usus potest esse Hungarica.

Simon de Ianua: Synonyma medicinae sive clavis sanationis. Litterae T.: Tetonicon — Tipus

f 1r textus vix legibilis: *Tetonicon* [?] — *Timbra*
f 1v inc.: *[Timbra] potest quantum et timus ...*
des.: *Tipus antecedit calorem febris.*

ED.: — —. Venetiis 1510.

III. LITURGICA CUM CANTU

PSALTERIA

S. Fr. l. m. 71.
s. 13/2.
PSALTERIUM CHORI

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 260×400 mm — unica columna — lineae exstantes 20 — pars scripta integra 215×146 — lineatio per pennam.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 13/2.
NOTATIO: quadrata super quattuor lineas rubras, claves c et f, in margine duae flexae notas super textus explicantes.
ORNAMENTA: initiales unica rubra, unica caerulea, maiusculae rubrae et caeruleae alternatim, rubricae.
LIBER TRADENS: BBi 14 (1—3): Cramer, Daniel: Wolbegründeter Beweiss von der Vollstendigkeit und Vollkommenheit der Heiligen Bibel. Wittemberg 1603. — Coll. 2: Gerlachius, Stephanus: De sacrificio missatico. Disputatio theologica. Bellarmini duobus de missa libris opposita ... proposuit Georgius Zeaemannus. Tubingae 1604. (cf Poss.).
UNA TRADITA: fragmentulum membr.
POSSESSOR: *Joannis Lader Concionator P[osoniensis] 1633. — Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.* — Coll. 2: *Fratri suo Gallo Zeaemanno optimo Rei adolescenti mittit G[eorgius] Z[eaemannus] D. — Ex dono Galli Z[eaemanni].*
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

Feria VI ad Laudes, Sabbato ad Laudes, Sabbato ad Vesperas

f 1 *[Domine audivi auditionem tuam ... vel in] mari indignatio tua* (Cant. Hab 3 [2—8] 8—19); *Audite celi que loquor ... generatio prava atque perversa* (Cant. Dt 32, 1—5 [6—43])
f 2 *Exaltabo te Deus meus rex et benedicam* (Ps 144); A. *Per singulos dies.*

S. Fr. l. m. 72.
s. 14/15.
PSALTERIUM CHORI OCARTH

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi medium bifolium — 200×374 mm — unica columna — lineae exstantes 14, orig. 16 — pars scripta non integra *200×180 mm, integra cca 232×180 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.
NOTATIO: quadrata valde detrita.
ORNAMENTA: maiusculae et initiales rubrae, caeruleae et nigrae partim decoloratae, partim detruncatae.
LIBER TRADENS: BBg 16 (1—5): Rörer, Thomas: Das der Leib und das Blut unser Herrn Jesu Christi warhafftig und wesentlich, beide leiblich ... empfangen werden. [Regensburg] 1569.
UNA TRADITA: fragmentula unius folii impressi Latini ad ius pertinentis.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Feria III ad Matutinas et ad Laudes

[Si vere utique iustitiam ...] intendit arcum (Ps 57, [1—8] 8—12); *Eripe me de inimicis* (Ps 58); A. *Alleluia;* Cap. *[Vigila]te filii hominum;* V *[Deus] vitam meam;* R. *[Posui]sti lacrimas meas;* Or. *[Illumina qs Dne tene]bras;* Ad Laudes AA *[Secundum magn]am misericordiam; Salutare [vultus mei].*
NOTITIA: ordo textuum sequitur consuetudinem OCarth, cf finem Nocturni II et antiphonas ad Laudes.

S. Fr. l. m. 73.

s. 15/1.
PSALTERIUM CHORI CURSUS ECCLESIASTICUS

Fragm. membr. — f 1 — 245×170 mm — binae columnae — lineae exstantes 12 — pars scripta non integra *150×*125 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.
NOTATIO: rhombica super quinque lineas rubras, clavis c.
ORNAMENTA: initiales una rubra, una caerulea, una nigra cum linea rubra duplicata, maiusculae rubrae et caeruleae, rubrica.
LIBER TRADENS: BBc 17: Garetius, Joannes: De sanctorum invocatione liber ... Gandavi 1570.
POSSESSOR: *Collegij Tyrnaviensis Societatis Jesu 1632. — Hunc ego possideo librum ... quis sum namque Johannes ... cognomine Bochkor[...]gy.* — Annotationes Hungaricae s. 17.
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

Dominica ad Sextam et ad Nonam

f 1ra *[Posuerunt peccatores] laqueum mihi* (Ps 118, 110—114)
f 1vb R. br. *Benedicam Dominum;* V. *Semper laus; ad Nonam* H. *Rerum Deus* (Ch 17328).

S. Fr. l. m. 74. Tab. 35.

s. 13.

ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, intermedium bifolium — 210×315 mm — unica columna — lineae exstantes 11, orig. cca 15 — pars scripta non integra *204×170 mm, integra cca 272×170 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13.

NOTATIO: praegothica cum elementis Metensibus, claves c et f, linea f rubra, b (cf Tab.).

ORNAMENTA: littera initialis V in rubro lineis rubris ornata, initiales rubrae, rubricae (cf Tab.).

LIBER TRADENS: Jd 15 (1—2): Mercerus, Joannes: Commentarii in Salomonis Proverbia ... Genevae, 1573. — Coll. 2: Meyer, Sebastianus: In Apocalypsim D. Johannis Apostoli Commentarius. Tiguri, 1603. — Pro tegumine eiusdem libri inserviebat etiam S. Fr. l. m. 13.

POSSESSOR: *Josephi Securij Medicinae Doctoris manu propria — Collegij Szakolczensis SJ Catalogo inscriptus 1722.*

UNA TRADITA: impressa Latina: De clavibus et de sacramentis regni coelorum, de evangelio, de lege, de ministerio etc.

PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Sabbato Sancto, Pascha, Feriae IV, V et VI post Pascham, Sabbato et Dominica in Albis.

f 1r Sabbato Sancto in III Noct. R. *[Agnus] Dei Christus immolatus est...* textus consveti ad A. *O vos omnes qui transitis*

f 1v Kyrie puerorum *[...] manibus traxisti omnia ad te secula* — Sabbato Tropi (?) *Qui latroni sero confitenti paradysi ianuam aperuisti; Vita in ligno moritur infernus ex morsu despoliatur* ... textus consueti ad R. *Angelus Domini descendit*

f 2r Feria IV Paschae R. *[De ore prudentis praecedit...] alleluia favus distillans labia eius alleluia* textus consveti ad R. *[Dign]us es Domine aperire librum;* V. *Parce Domine parce populo tuo.*

S. Fr. l. m. 75.

s. 14/m.

ANTIPHONALE MONASTICUM GERMANIAE

Fragm. membr. — ff 2, primum et ultimum folium fasciculi — 260×435 mm — unica columna — lineae exstantes 12 — pars scripta integra 241×165 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/m.
NOTATIO: praegothica super quattuor lineas rubras, claves c et f.
ORNAMENTA: initiales rubrae et nigrae cum lineis rubris duplicatae; rubricae.
LIBER TRADENS: BBk 11: Materdona, Gio[an]francesco Maria: L'utile spavento del peccatore overo la penitenza sollecita. Venetia 1680.
UNA TRADITA: manuscripta Latina theologica ff 4; Impressum Latinum theologicum f 1 *Ordo et processus Iustificationis* caput *LXIII;* impressa Latina theologica *Pars prima De necessitate gra[tiae], Pars secunda De natura gratiae* ff 3; impressa notata *Quinta vox Lupus: Cursu festa dies sydereo, XVI. Quinta vox N. Gombert: Ego flos campi et Lilium* etc. ff 10; fragmenta impressa polyphonica Germanica, index: *Mit sechs Stimmen: Ich scheid von mir mit leyde. Falsch lieb warumb mich flihest* etc. ff 2; psalterium cum commento ff 5; calendarium Germanicum: *[Vo]n Finsternissen dieses 1628. Jahrs.,* ff 8.
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Germanica.

Commune confessorum tempore Paschali, Georgii, Philippi et Iacobi, De Inventione S. Crucis

f 1 Invit. *Regem confesso[rum]* (inc.); RR *Beatus vir* (inc.); *Letabitur ius[tus]* (inc.); *De ore pru[dentis]* (inc.); A. *Iustum deduxit cum relictis;* RR *Vox leticie* (inc.); *Tristicia vestra* (inc.); *Lux perpetue; Amavit eum cum alleluia;* Cant. *In tabernaculis* (inc.); RR *Ego sum vitis* (inc.); *In servis* (inc.); *In dyademate* (inc.); *Gaudete* (inc.); AA *Iustum de[duxit]* (inc.); *Amavit eum* (inc.); *Iustus* (inc.); *Beatus vir* (inc.); *Qui manet* (inc.); RR *Magna* (inc.); *Iste cog[novit]* (inc.); Laudes A. *Beatus vir* (inc.); In Ev. *Alleluia ego sum* (inc.); *Magna est* (inc.); *Qui ma[net in me]* (inc.) — Georgii Mg A. *Inclite Christi martyr Georgi* (inc.); Invit. *Summum regem regum Christum;* In I Noct. A. *Crudelissimus ut tradit antiquitas*
f 2 Philippi et Iacobi ad Laudes AA *Si cognovissetis me; Domine ostende nobis; Philippe qui videt;* In Ev. *Tanto tempore;* In II Vesp. [...]; A. *Si manseritis in me* — De Inventione S. Crucis R. *Dulce lignum;* AA *Helena desiderio plena; Lux perpetue;* Invit. *Regem [crucifixum]* (inc.); In I Noct. A. *Sancti tui* (inc.); RR *Preciosa* (inc.); *Lux perpetue* (inc.); *Vidi civitatem* (inc.); In II Noct. A. *Vox leticie* (inc.); Cant. *Salvator mundi salva nos.*

S. Fr. l. m. 76. Tab. 36.

s. 14/m.
ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM INCERTI RITUS

Fragm. membr. — f 1 — 222×140 mm — unica columna — lineae exstantes 8 — pars scripta non integra *190×*103 mm, integra cca 233×168 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/m.
NOTATIO: gothica super quattuor lineas, clavis c in linea flava, clavis f in linea rubra (cf Tab.).
ORNAMENTA: initiales rubrae cum lineis rubris et nigris ornatae, initiales nigrae cum lineis rubris duplicatae, rubrica.
LIBER TRADENS: BBc 5: Blomeuenna, Petrus: Enchiridion sacerdotum, in quo ea quae ad divinissimam Eucharistiam et sacratissimae missae officium attinent ... tractantur. Coloniae Agrippiniae 1532.
POSSESSOR: *Amice chare, sine istum librum stare, Si diligis Christum, Noli furare librum istum, Sum mei Sebastiano Cognomine Tobl. 1577. — Conventus Wondorfensis* (Sopronbánfalva, Hungaria) *Ord. S. Pauli Primi Eremitae.*
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta, forse Germanica?

Officium rhythmicum Visitationis Mariae

f 1r I. Noct. R. 2. *[Datum signum de c]ana sterili;* V. *[Sic festi]na sterilem;* R. 3. *Verbum patris postquam;* V. *Ventris alvo verbum absconditum*
f 1v In II. Noct. A. 3 *[Gloriosa dicimus ... cum mente] fideli;* R. 1. *Paupertatis h[umanae pallio decoratum] Dominum;* V. *Unde michi quod [ad me veniat Dei mater michi] ut serviat;* R. 2 *Fulget spon[sus ecclesiae];* V. *[Be]nedicit cum angelis.*

ED.: AH 24/a, 95., 96.

S. Fr. l. m. 77.

s. 14/2.

ANTIPHONALE JOHANNITARUM

Fragm. membr. — f 1 — 177×270 mm — unica columna — pars scripta non integra *177×*200 mm, integra cca 345×210 mm — lineae exstantes 6, orig. cca 12.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2.
NOTAIIO: quadrata super quattuor lineas rubras, clavis c.
ORNAMENTA: initiales una rubra, una caerulea decolorata cum lineis rubris per pennam ductis ornata; initiales nigrae partim detritae, partim detruncatae cum lineis rubris duplicatae; rubricae.
LIBER TRADENS: BBc 7: Rennecherus, Hermannus: In I. Psalmum familiares quaedam observationes et annotationes. Franekerae 1588.
UNA TRADITA: impressa Germanica: *Die Andere ..., Die Dritte ..., Die Vierde ..., Die Fünffte Tuerckenpredigt, vom auffnemen und macht des Tuerckischen Reichs* ff 12.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

Andreae

f 1r R. 9. *[Vir iste in populo suo ... gra]cia plenus ipse est qui assidue;* V. *Pro eo ut me diligerent;* Ps. *Te Deum laudamus* (inc.); V. *Dedisti hereditate n ti nen[tibus]* (inc.); Ad Laudes A. 1. *Salve crux preciosa suscipe discipulum;* Ps *Dominus reg[navit]* (inc.); A. 2. *Beatus [Andreas orabat dicens]*

f 1v A. 5. *Qui persequebantur iustum;* Cap. *[...];* H. *Exult[et coelum laudibus]* (inc., Ch 5832); V. *Annun[tiaverunt]* (inc.); Bn. A. *Cum pervenisset beatus Andreas;* Or. *M[aiestatem tuam].*

NOTITIA: ordo antiphonarum et responsoriorum convenit usui Hospitalis Hierosolymitanae (H. *Exultet;* OCarm *Aeterna Christi munera).* Fratres Hospitalarii ex Alba Regali Posonium a facie Turcorum fugiebant.

S. Fr. l. m. 78.

s. 14/2.

ANTIPHONALE DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 200×300 mm — unica columna — lineae exstantes 5, orig. 13. — pars scripta non integra *138×240 mm, integra cca 360×240 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2.
NOTATIO: gothica super quattuor lineas rubras, clavis c.
ORNAMENTA: initiales una rubra, una caerulea detruncata, nigrae cum lineis rubris duplicatae; rubricae.
LIBER TRADENS: BBc 19: Orosius, Hieronymus: De gloria et nobilitate tam civili quam christiana. Basileae 1566.
UNA TRADITA: fragmentulum chart. s. 17. cum nominibus locorum circa Quinqueecclesiam in lingua Hungarica.
POSSESSOR: *Domus Sancti Adalberti* i. e. unum e Seminariis archiepiscopalibus ss 17. et 18. Tyrnaviae existentibus.
PROVENIENTIA: originis incerta, usus potest esse Hungarica.

Johannis et Pauli.

f 1r Mg A. *Isti sunt due olyve et duo candela[bra];* Invit. *Regem martyrum* (inc.); A. *Secus decursus* (inc.); R. *Isti sunt duo viri misericordie;* V. *Isti sunt due olyve*

f 1v Ad Laudes A. 2. *[Johannes et Paulus cognoscentes tyrannidem ...] erogare ceperunt;* A. 3. *[Paulus] et Johannes dixerunt ad Terencianum;* A. 4. *Sancti spiritus et anime iustorum;* A. 5. *Johannes et Paulus dixerunt ad Gallicanum fac [votum] Deo celi.*

NOTITIA: antiphonae 2. et 3. inverso ordine in omnibus breviariis perlustratis excipiunt, cuius causa tamen vel error scriptoris vel aliqua subitanea mutatio in ritu ecclesiae antiphonali utentis esse videtur.

S. Fr. l. m. 79.
s. 14/2.
ANTIPHONALE

Fragm. membr. — f 1 — 250×363 mm — unica columna — lineae exstantes 4, orig. 9 — pars scripta non integra *148×225 mm, integra cca 363×225 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2.
NOTATIO: gothica super quattuor lineas rubras, clavis c.
ORNAMENTA: initialis una caerulea detruncata cum effigie hominis in rubro ornata; duae nigrae cum lineis per pennam ductis decoratae et rubro colore duplicatae; rubricae.
LIBER TRADENS: BBk 7 (1—2): Stengel, Georg: Nova S. Scripturae tinea... Ingolstadii 1624.
UNA TRADITA: epistolae Germanicae ad *Gregor Hackh* in *Camer,* 13. 5. 1603.; ad eundem *Lujzlberg* 29. 5. 1603.; ad eundem ab *Geörg Tunent,* Anweldig 19. 5. 1603.; ad eundem ab *Joachim von [...], Vehlopurgg* 30. 5. 1603.; ad eundem ab *Lindayrl* (?), *Vartenburg* 4. 12. 1603.; ad eundem ab *Joseph Eder, Vecklaburg* 5. 5. 1605. cf S. Fr. l. m. 81.
POSSESSOR: *Daniel Schmid — Collegii Societatis Jesu Posonij 1694.*
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica, cf Una tradita.

Dominica IV Adventus

f 1r Ad Laudes AA *Canite tuba in Syon; Ecce veniet*
f 1v *Dominus veniet occurrite illi.*

NOTITIA: hic ordo antiphonarum in ritibus diversis communis est.

S. Fr. l. m. 80.
s. 14/2.
ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 234×328 mm — unica columna — lineae exstantes 7 — pars scripta non integra *205×234 mm — lineatio

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2.
NOTATIO: rhombica super quinque lineas rubras, claves c et f.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim, initiales nigrae foliis ornatae, rubricae.

LIBER TRADENS: BBj 18 (1—9): Cramerus, Andreas: Prob- und Anzugspredigten ... Magdeburg 1617. — Coll. 3. Oswaldus am Enden: Probpredigt über den Lehr und trostreichen Spruch des Propheten Ezechielis ... Magdeburg 1602. — Coll. 9: Garthius, Helvicus: Summarischer Bericht ... Ereybergk 1618.
UNA TRADITA: 3 fragmentula de alio codice; Kalendarium Germanicum in cruda, ff 2.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1697.*
PROVENIENTIA: et originis et usus potest esse Hungarica.

Andreae et in Natali Apostolorum (Commune)

f 1r Andreae Mg A. in II Vesperis *[Cum pervenisset beatus Andreas ...] et iam concupiscenti animo — In Natali Apostolorum ad Vesperas antiphonae et psalmi de die* R. *Qui sunt hii* (inc.); H. *Exultet celum* (inc.); V. *In omnem terra* (sic) *exiuit sonus eorum;* Mg A. *Iam non dicam uos seruos;* Invit. *Venite adoremus regem apostolorum;* Ps *Venite* (inc.); H. *Eterna Christi munera* (inc.); In I Noct. A. *In omnem terram;* R. *[Ecce ego mitto vos ... esto-]*
f 1v *te ergo prudentes;* V. *Cauete autem ab hominibus;* R. *Tollite iugum meum;* V. *Et inuenietis requiem.*

NOTITIA: ordo textuum in Communi Apostolorum magis propinquior usui Praemonstratensi antiquiori (ritus celeber festi Apostoli) accedit.

S. Fr. l. m. 81.

s. 14/ex.
ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM INCERTI RITUS

Fragm. membr. — ff 2, primum et ultimum folium fasciculi — 243× 426 mm — unica columna — lineae exstantes 7, orig. cca 9 — pars scripta non integra *209×*185 mm, integra 248×190 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/ex.
NOTATIO: gothica et rhombica super quattuor lineas rubras, claves c et f.
ORNAMENTA: initiales rubrae et nigrae festinatim adiectae.
LIBER TRADENS: GGg 14 (1—9): Laelius, Laurentius: Fünff Predigten von dem Evangelischen Jubelfest ... Nürmberg 1618.
UNA TRADITA: manuscripta Germanica: epistola missilis ad Gregor Hackh (cf S. Fr. l. m. 79.); acta ff 2.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

Caeciliae, Clementis, Catherinae

f 1 Caeciliae Invit. *[Venite] adoremus Dominum Iesum Christum. Venite;* AA *C[ecilia] virgo Almachium; E[xpansis] manibus orabat; Cilicio*

Cecilia membra; R. *Cantantibus organis;* V. *[Bidu]anis ac triduanis;* R. *[Vir]go gloriosa semper evangelium [... et oracione];* V. *Cilicio Cecilia*

f 2 Clementis AA *[Non meis meritis ...] sed vestris coronis: Vidi supra montem; De sub cuius pede; Omnes gentes per gyrum; Dedisti Domine habitaculum;* Mg A. *Invenerunt in modum templi* — Catherinae ad Vesp. AA *Virginis eximie; Hec mundum spernens; Cepit amare.*

S. Fr. l. m. 82.

s. 14/15.

ANTIPHONALE AGRIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 290×402 mm — unica columna — lineae exstantes 6, orig 10 — pars scripta non integra *237×279 mm, integra cca 334×279 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14/15.
NOTATIO: gothica et rhombica super quattuor lineas rubras, claves c et f.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae, lineis adverso colore per pennam ductis et cum vittis plicatis ornatae, initiales nigrae lineis ornatae, rubricae.
LIBER TRADENS: Nh 29: Notwendige Verteidigung des Augapfels, nämlich der wahren augspurgischen Confession und Religionfrieds. Leipzig 1629.
UNA TRADITA: fragmentula epistolae chart. Latinae.
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

Stephani protomartyris et Iohannis evangelistae

f 1r Stephani ad Laudes AA *[Cum autem esset Stephanus ...] et Iesum stantem; Lapidabant iudei; Adhesit anima mea; Stephanus vidit celos; Positis autem genibus*

f 1v Iohannis ad Vesp. Mg A. *[Valde honorandus est] beatus Iohannes;* R. *Vox tonitrui;* V. *Victo senatu cum cesare.*

NOTITIA: cum responsorium *Vox tonitrui* ad Vesperas S. Patroni Cathedralis Agriensis cantabatur, alibi in Hungaria limitrophisque dioecesibus non, antiphonale Agriense dici potest.

S. Fr. l. m. 83.

s. 14/15.

ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM INCERTI RITUS

Fragm. membr. — f 1 — 435×304 mm — unica columna — lineae extantes 9 — pars scripta non integra *374×246 mm, integra 385×246 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.
NOTATIO: gothica super quattuor lineas rubras, clavis c et f.
ORNAMENTA: initiales una rubra, 7 nigrae lineis rubris duplicatae, partim detritae et detruncatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBa 5 (1—4): De falsa et vera unius Dei Patris, Filii et Spiritus Sancti cognitione libri duo. Authoribus ministris ecclesiarum in Sarmatia et Transylvania. Alba Juliae [1567], (RMK II 106). — Coll. 4: Antithesis Pseudochristi cum vero ex Maria nato. Alba Juliae 1568.
UNA TRADITA: manuscripta chart. Latina, s. 17., ff 16. pro studio philosophiae.
POSSESSOR: in fol. praeligato: *Sum ex libris Petri Colosij* — Nomina aliorum possessorum calamo sunt obducta.
PROVENIENTIA: et originis et usus potest esse Hungarica.

Dominica II Quadragesimae

Ad Laud. AA *Domine labia mea; Dextera Domini fecit; Factus est adiutor; Trium puerorum cantemus ympnum; S[tatu]it ea in eternum;* H. *Clarum decus ieiunii* (inc.); Bn A. *Egressus Ihesus secessit;* (in rubro) *Antiphone ad Nocturnum et ad horas: Missus sum ad oves; Vade mulier semel dixi.*

NOTITIA: si liceat ex usu hymni *Clarum decus* ad Laudes qui tantum e ritu Zagrabiensi nobis innotuit ad hoc concludere, quod antiphonale tali ritui dioecesano adscribendum foret. Nec tacendum est ordo liturgicus pro dominica secunda quadragesimae tali prorsus modo in Pataviensi quoque breviario inveniri, liber tradens cum possessore militat pro provenientia Hungarica.

S. Fr. l. m. 84.

s. 15/1.
ANTIPHONALE DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 402×252 mm — unica columna — lineae exstantes 10 — pars scripta integra 304×203 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.
NOTATIO: gothica (forsitan originis Germaniae) super quattuor lineas, clavis f in linea rubra.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim, maiusculae nigrae cum lineis nigris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBk 10 (1—2): Osiander, Lucas: Fünfzig Predigten über den christlichen Catechismum. Tübingen 1602.
UNA TRADITA: *Schatzkammer heiliger Göttlicher Schrift ... durch Mattheum Vogeln* f 1; *De regali nobilitate ... praeside Joanne Valentino Neyffero ... Tubingae 1602* ff 4 in pluribus exemplaribus.

POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1697.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Germanica.

Infra Octavam Nativitatis BMV; In Exaltatione S. Crucis

AA infra Octavam Nativitatis BMV *[Hortus conclusus est] Dei genetrix; Surge aquilo et veni auster; Nigra sum sed formosa;* Invit. *Natalem sancte votis* — (in rubro) *In Exaltatione sancte Crucis ad Vesperas leguntur omnia Laudate.* A. *Crux benedicta* (inc.); H. *Salve crux sancta* (inc.); V. *Hoc signum crucis erit* (inc.); Mg A. *O crux gloriosa, o crux adoranda;* Invit. *Regem crucifixum Dominum;* In I Noct. AA *Adoremus crucis signaculum; Adoramus te Christe et benedicamus tibi.*

NOTITIA: ordo huius antiphonalis non est Hungaricus, nec Pataviensis seu Salisburgensis, attamen ritum alicuius dioecesis Germaniae vel Hungariae sequi videtur. Hoc etenim praetermittendum non est, quod officium in Exaltatione S. Crucis, de S. Cruce integre (Theuton., Nagylaki), et non per II priores Nocturnos de SS Mart. (Aquil., Frisingen., Moguntin.) cantabatur.

S. Fr. l. m. 85.

s. 15/1.

ANTIPHONALE DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 1+1 — unica columna — lineae exstantes 6, orig. cca 8 — pars scripta non integra *192×*134 mm, integra cca 260×144 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis 15/1.
NOTATIO: rhombica super quattuor lineas rubras, clavis c.
ORNAMENTA: initialis unica nigra cum lineis per pennam ductis ornata; rubricae.
LIBER TRADENS: BBa 7 (1—14): Coll. primum detruncatum — Coll. 2: Antwort und Resolution ... Nürnberg 1620.
UNA TRADITA: 2 fragm. chart. Germanica cum notatione, cantus linguae Germanicae in duabus partibus, verso vacat scripturae, notatio in quinque lineis, linea prima cum nota „bb" incipit.
PROVENIENTIA: et originis et usus potest esse Hungarica.

Dominicae XIV—XVII post Pentecosten et I Novembris

f 1r Dca XIV pt Pent. Mg A. *[Non]ne decem mundati sunt;* Dca XV *[No]lite solliciti esse;*
f 1v Dca XVI *[P]ropheta magnus surrexit;* Dca XVII *Cum vocatus;*
f 2r Dca I Novembris R. *Vidi Dominum sed[entem] super solium;* V. *Seraphim [stabant super illud];*
f 2v R. *[A]spice Domine quia [fa]cta est desolata ciuitas.*

NOTITIA: Strigoniense vel aliud e propinquitate liturgica esse potest cum antiphonae de Evangelio dominicarum et historia *Vidi Dominum* non seorsim et numerantur et traduntur, quae antiphonae porro tamen hic non secundum ordinem Curiae habentur. Qua ratione excluduntur ordines Salisburgensis, Pataviensis, Constantinensis, Ratisbonensis.

S. Fr. l. m. 86.
s. 15/1.
ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 358×227 mm — lineae exstantes 10 — pars scripta non integra 297×*180 mm; integra cca 297×190 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 15/1.
NOTATIO: rhombica et gothica super quattuor lineas rubras, claves c et f.
ORNAMENTA: initiales rubrae, initialis nigra cum lineis viridi colore ornata, maiusculae nigrae cum lineis rubris duplicatae, rubrica.
LIBER TRADENS: Dg 24 (1—2): Raynandus, Theophilus: De monitoriis ... ecclesiasticis. Lugduni 1636. — Coll. 2: Raynandus, Theophilus: De ortu infantium contra naturam ... Lugduni 1637.
UNA TRADITA: impressa Germanica: *Das Ander Theil der Practica von Verwandlung der Lufft die Stunden und Minuten der New und Vollmonden,* ff 5.
POSSESSOR: *Collegij Tyrnaviensis Societatis Jesu Catalogo inscriptus 1705. Sub littera R.*
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Officium rhythmicum Conceptionis Mariae

I Noct. AA *[Gaude fidelis concio, adest eius] conceptio que delet Eve maculam; Cui Eva obaudivit; A prophetis precinitur;* R. 1. *Ecce novum per prophetam;* V. *Sanctus obumbrabit;* R. 2. *Patriarcharum semine.*

ED.: AH 5, 48—49.
NOTITIA: ab officio rhythmico edito solum in ordine responsoriorum differt.

S. Fr. l. m. 87.
s. 15/1.
ANTIPHONALE DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 396×225 mm — unica columna — lineae exstantes 7, orig. 10 — pars scripta non integra *309×*165 mm, integra cca 427×300 mm.

SCRIPTURA: gothica-rotunda s. 15/1.
NOTATIO: gothica super quattuor lineas rubras, claves c, f et g, b rotundum.
ORNAMENTA: initiales una rubra, una caerulea, duae nigrae; rubricae.
LIBER TRADENS: BBj 15 (1—4): Faunteus, Laurentius: Disputatio theologica de D. Petri ... in ecclesia Christi principatu. Posnaniae 1583. — Coll. 3: Tuccius, Stephanus: Oratio in exequiis Gregorii XIII. Cracoviae 1585.
UNA TRADITA: fragmentula Latina membr.
POSSESSOR: *Ex libris Michaelis Tabij Canonici Vesprimiensis Archidiaconi Simighiensis 1652. — Ab. R. D. Michaele Tabio donatus Conventui S. Martiny OSPB 1656. — Est Stephani Zöld Szögediensis.*
PROVENIENTIA: et originis et usus videtur esse Hungarica.

Thomae Cantuariensis, Dominica infra Octavam Nativitatis

Thomae Bn A. *[O]pem nobis o Thoma porrige* — Dca ad Vesp. A. *[Tecum] principium;* Ps. *Dixit Dominus;* R. *[Verb]um caro* (inc.); H. *A solis or[tus]* (inc.); V. *Speciosus forma* (inc.); Mg A. *Dum medium si[lentium];* Invit. *Christus natus* (inc.); A. *Dominus [dixit ad me]* (inc.); RR *O magnum mi[sterium]* (inc.); *Descen[dit de celo]* (inc.); *Quem vidistis* (inc.); R. 4. *[Continet in gremio celum] terramque;* V. *[Domus pu]dici pectoris;* R. 5. *Beata Dei* (inc.); R. 6. *Ecce ag[nus Dei];* V. *Hoc est testimonium;* R. 7. *[Benedictus] qui venit;* V. *Lapidem quem reprobaverunt.*

NOTITIA: ipse liber tradens ex Polonia originem repetit, possessores vero omnes sunt Hungarici, ritibus tamen quorum notitia nobis patuit in Hungaria ordo textuum non convenit, sed nec plurimis in Germania dioecesanis ritibus, maioris tamen momenti putandum est officium rhythmicum S. Thomae quod in Germaniae libris plerumque desideratur (Aquil. etc.) in Hungaria tamen cum illo officio festum colebatur.

S. Fr. l. m. 88.
s. 15/m.
ANTIPHONALE DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 266×406 mm — unica columna — lineae exstantes 5, orig. 7 — pars scripta non integra *266×282 mm, integra cca 380×282 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/m.
NOTATIO: quadrata super quattuor lineas, claves c et f.
ORNAMENTA: initiales una rubra, duae caeruleae detritae; rubricae.
LIBER TRADENS: BBi 13: Stengelius, Georgius: Libri duo de duobus apostatis ... Ingolstadii 1627.
UNA TRADITA: Kalendarium Germanicum ad annum 1627. ff 4.

POSSESSOR: in fol. praeligato: *Ex libris Georgij Graff presbyteri Wembelinganij Bavari parochi in Trösing* (Trossing) *1642. — M. Johannis Jacobi Helgenmeyer anno 1645. — Collegii Societatis Jesu Posonij 1694.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Germanica (cf Librum tradentem et Una tradita).

Historia Tobiae et Iudit

f 1r A. *[Ingressus est Raphael angelus... gaudium tibi sem]per sit cui Tobias respondens;* A. *Dixit angelus*
f 1v [...] *quia non me derelinquet;* A. *Adonay Domine Deus magne;* (in rubro) *Dominica IIII mensis septembris ponitur liber Judit Arphaxat itaque rex Medorum et legitur per unam ebdomadam;* R. *Adonay Domine Deus [magne].*

NOTITIA: antiphonae in feriali officio de historia dominicae praecedentis sumuntur, A. *Ingressus* in breviariis in partibus Germaniae, ubi possessor apparet, tantum in breviario Windesemensi nobis notum est (sed alibi etiam Albense, S. Iustina continent).

S. Fr. l. m. 89. Tab. 37.
s. 15/m.
ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 440×289 mm — unica columna — lineae exstantes 9 — pars scripta non integra 372×*217 mm, integra cca 372×227 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/m.
NOTATIO: gothica super quattuor lineas, claves c et f (cf Tab.).
ORNAMENTA: initiales una rubra et 4 nigrae cum lineis rubris duplicatae; lineae. rubrae undosae in intervallis textus; rubricae.
LIBER TRADENS: BBk 4: Giliberto, Vincenzio: Le sacre corone dell'anno ecclesiastico Roma 1625.
POSSESSOR: *Residentiae Neosoliensis Societatis Jesu.*
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta, viso tamen unico possessore potest esse Hungarica.

Caeciliae

R. 9. *[Dum aurora finem ...] Christi abicite;* V. *Cecilia [vale]dicens fratribus;* AA ad Laudes *Cantantibus orga[nis] Cecilia; Est secretum [Vale]riane; Valerianus in cubiculo; Benedico te [pater] Domini.*

S. Fr. l. m. 90.

s. 15/m.

ANTIPHONALE OPAUL

Fragm. membr. — f 1 — 262×360 mm — unica columna — lineae exstantes 4, orig. 9 — pars scripta non integra *157×259 mm, integra cca 362×259 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/m.
NOTATIO: rhombica super quattuor lineas rubras, claves c et f.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae, initiales et maiusculae nigrae cum lineis rubris duplicatae; rubricae.
LIBER TRADENS: BBi 16: A Driell Noviomagus, Godefridus: Rosarii Hyperaspistes. Pragae 1588.
UNA TRADITA: fragmentulum membranaceum.
POSSESSOR: *Monasterii S. Helenae* (Csáktornya OPaul) *Sub litera B Numerus (...)*
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

Ascensio Domini

f 1r ad Laudes AA *[Viri Galilaei ...] in celum sic veni[et]; Cumque intuerentur; Elevatis manibus; Exaltate regem regum*
f 1v R. br. ad Primam *Iesu Christe filii Dei;* V. *Qui ascendisti ad celos;* ad Tertiam *Ascendens Christus in altum;* V. *Captivam duxit;* ad Sextam *Ascendit [Deus ...].*

S. Fr. l. m. 91.

s. 15/2.

ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 207×228 mm — unica columna — lineae exstantes 4, orig. 10 — pars scripta non integra *136×*199 mm, integra cca 382×250 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 15/2.
NOTATIO: rhombica super quattuor lineas rubras, clavis c, b rotundum.
ORNAMENTA: initiales detritae una caerulea, altera nigra, rubrica.
LIBER TRADENS: BBd 11 (1—12): Franz, Wolfgang: Syntagma controversiarum theologicarum, orthodoxae Christi eccleasiae cum gente Calviniana, pontificia et Photiniana ... disputationibus XII ... Wittebergae 1612.
UNA TRADITA: fragmentulum impressum Germanicum.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

Officium rhythmicum Marthae

(textus vix legibilis) In I Vesp. super Ps A. *[Iu]cundetur in hoc solemnio Thara[sconis] devota concio.*

ED.: AH 28, 44.
NOTITIA: ex eodem codice eodemque officio superest etiam S. Fr. l. m. 92., quod factum provenientiam Hungaricam testat.

S. Fr. l. m. 92.

s. 15/2.
ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 450×250 mm — unica columna — lineae exstantes 10 — pars scripta non integra *378×*200 mm, integra cca 382×250 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 15/2.
NOTATIO: rhombica super quattuor lineas rubras, clavis c, b rotundum.
ORNAMENTA: initiales una rubra, altera caerulea, initiales nigrae, partim detritae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBd 12 (1—6): Bidembach, Felix: Consiliorum theologicorum decas I et II ... Tübingen 1605. — Coll. 6: Bindembach, Felix: op. cit. decas VIII. Franckfurt am Main 1612.
UNA TRADITA: septem epistolae Germanicae et Polonicae: detruncatae, probabiliter ab episcopo Johanne Trebirensi scriptae, excepta una ad locum Helicowi na Kralice inter 1586—1588 missae; duo ex *Austerliz*, una ex *Poznanie*.
POSSESSOR: *Johannes Stumpfius emebat Znoymae Moravorum 19. Febr. anno 1617. — Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

Officium rhythmicum Marthae

In III Noct. R. 3. *Omnes gentes;* V. *Plebem tuam;* Ad Laud. AA *Adest dies letitie; Demones exterminat; [C]erta fit de transitu; [M]artham Christus visitat; Jesus coram populo.*

ED.: AH 28, 43—4.
NOTITIA: antiphona *Adest dies laetitiae* a textu edito differt. Ex eodem officio S. Fr. l. m. 91.

S. Fr. l. m. 93.
s. 15/2.
ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 195×204 mm — unica columna — lineae extantes 3, orig. 6 — pars scripta non integra *137×*175 mm, integra cca 280×190 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.
NOTATIO: gothica et rhombica super quattuor lineas rubras, claves c et f.
ORNAMENTA: initiales duae rubrae et rubrica.
LIBER TRADENS: GGg 13 (1—3): Leichpredigt. [Tübingae 1600.] — Coll. 2: Anomoeus, Clemens: Eine Christliche Leichpredigt. Tübingen 1604.
UNA TRADITA: impressum Latinum: *Authores ... Papst: Symmachus, Urbanus, Zephyrinus, Zosimus. Cardinal: De Aliaco, Bonaventura, Bellarminus, Cajetanus, Chusanus, Contarenus, Hosius ... Papisten und Jesuwider: Author der beschwerten Kirchen ...;* impressa Germanica (cf eadem Una tradita I/1. U. Fr. l. m. 37.), ff 2; partiunculae 4 epistolarum Germanicarum.
PROVENIENTIA: et originis et usus potest esse Hungarica, cf Una tradita communia.

In Epiphania Domini

R. 9. V. *[Celi aperti sunt ... pa]tris audita est;* Ad Laudes AA *Ante luciferum genitus; [Venit lumen tuum ...] in lumine tuo; Apertis thesauris suis.*

NOTITIA: ordo textuum in libris Franco-Romanis — ut videtur — communis est.

S. Fr. l. m. 94.
s. 15/2.
ANTIPHONALE INCERTI RITUS

Fragm. membr. — f 1 — 209×338 mm — lineae exstantes 4 — pars scripta non integra *162×227 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.
NOTATIO: rhombica super quattuor lineas rubras, clavis c.
ORNAMENTA: initiales rubrae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBj 7 (1—5): Aussführliche und in Gottes Wort wolgründte Glaubensbekenntnis der Evangelischen Kirchen im Königreich Böhmen. Amberg 1611.
UNA TRADITA: fragmentulum chartaceum in cruda, opera Terentii *Ex Eunucho Actu V.* et *Ex Heautontimorumeno, Prologo, Actu I. Scena I.*
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Marthae et Ad vincula Petri

f 1r Marthae virginis Bn A. *Martha tuorum*
f 1v *Ad vincula Petri psalmi feriales* R. *Surge Petre et indue.*

NOTITIA: ritus non est Hungaricus, quia ecclesia Hungarica festum depositionis S. Ladislai regis in die S. Marthae celebrat, *psalmi feriales* S. Petri usum Germaniae meridionalis excludunt, incertitudinis causam praebet non satis clare perspicibilis usus diversorum ordinum religiosorum.

S. Fr. l. m. 95.
s. 15/2.
ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM (STRIGONIENSE?)

Fragm. membr. — f 1 — 435×230 mm — unica columna — lineae exstantes 11 — pars scripta non integra 400×*150 mm, integra cca 400×250 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.
NOTATIO: rhombica et gothica super quattuor lineas rubras, claves c et f.
ORNAMENTA: initiales una rubra, una caerulea, duae nigrae cum lineis per pennam ductis ornatae et rubro colore duplicatae, ita ut maiusculae nigrae; rubrica.
LIBER TRADENS: BBa 3 (1—20): Müller, Georg: Eine christliche Predigt, Vom Handel und Streit dess hochwirdigen Abendmals. Hall in Sachsen 1592. — Coll. 6: Muelmann, Johanns: Ehrenrettung D. Lutheri und seiner Lehrgenossen. Leipzig 1613. (cf Poss.) — Coll. 7: Publicatio et introductio... Das ist Eröffnung und Einführung der Neuen Evangelischen Schul in ... Prag. Leipzig 1612. (cf Poss.) — Coll. 13: Balduinus, Fridericus: Christliche Leichpredigt ... Friderici Taubmanni. Wittebergae 1613. (cf Poss.) — Coll. 14: Schmidt, Erasmus: Oratiuncula Friderici Taubmanni. Wittebergae 1613 (cf Poss.).
POSSESSOR: Coll. 1: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.* — Coll. 6: *die 24. jun. anno 1613. Znoymae.* — Coll. 7: *Emi Znoymae die 24. jun. anno 1613. 3 gs.* — Coll. 13: *Znoymae 24. jun anno 1613.* — Coll. 14: *Znoymae 24. jun. anno 1613.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

Michaelis

R. 5. *[Hic est Michael ... perdu]cit ad regna ce[lorum];* V. *Angeli archange[li troni et dom]inationes;* R. 6. *[V]enit Michael archange[lus];* In III Noct. AA *C[oncussum est ma]re; Laudemus Dominum; [Glorio]sus apparuisti;* R. 7. *In tempore illo [consurgit].*

NOTITIA: ordo antiphonarum et responsoriorum convenit usibus Strigoniensi et OPaul dempto versu *Angeli archangeli,* sed Salisburgensi, Pataviensi, Olomucensi, OPraem, OPraed, Johannitarum (S. Sepulchr.), OCarm discordat.

S. Fr. l. m. 96.

s. 15/16.

ANTIPHONALE OPRAED

Fragm. membr. — f 1 — 212×337 mm — unica columna — lineae exstantes 4, orig. 8 — pars scripta non integra 212×276 mm, integra cca 455×290 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/16.
NOTATIO: quadrata super quattuor lineas rubras, claves c et f.
ORNAMENTA: initialis unica rubra detruncata, maiuscula nigra cum linea rubra duplicata; rubricae.
LIBER TRADENS: BBg 6 (1—3): Griebenberger von Iglow, Michael: Kurtze und christliche Fragstücke über alle Capitel des Alten und Neuen Testaments. (Eissleben 1587.).
UNA TRADITA: impressum Germanicum Bibliae, f 1, II Par. *(Das XVIII. Capitel).*
POSSESSOR: *Lucas Westher [...] Trans[ylvaniensis] — Mattdo[...] 163[...] — Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*
PROVENIENTIA: et originis et usus potest esse Hungarica cf Poss.

Vincentii Ferrerei

f 1r II Noct. A. 3. *[Emittebat uberrimas sae]pe plorando;* R. 4. *Nocte sacris incumbens litteris*
f 1v R. 5. *[Verba] perhennis vite proferens.*

S. Fr. l. m. 97. Tab. 38.

s. 15/16.

ANTIPHONALE OPAUL

Fragm. membr. — f 1 — 396×222 mm — unica columna — lineae exstantes 6 — pars scripta non integra *345×*188 mm, integra cca 471×272 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/16.
NOTATIO: rhombica et gothica (originis Hungaricae) super quattuor lineas rubras, claves c et f, b rotundum (cf Tab.).
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim, maiusculae nigrae cum lineis rubris duplicatae, in intervallis textus lineae undosae in rubro, rubricae.
LIBER TRADENS: BBa 16 (1—18): Echartus, Henricus: Architecti turris Babylonicae.

Hoc est archisynagogi et professores scholae Haereticorum ... Francofurti 1606. — Coll. 4: Lauerbach, Erhardus: Theses theologicae de creatione et providentia dei. Lipsiae 1604. (cf Poss.) — Coll. 7: Wildersin, Bernhardus: Informatio theologica fidelis ... Tubingae 1620. (cf Poss.) — Coll. 12: Furmannus, Balthasar: Canorum selectissimorum de iustificatione decas ... Wittebergae 1630. (cf Poss.) — Coll. 14: Meisnerus, Balthasar: Disputatio inauguralis de fidei iustificantis ... Wittebergae 1613. (cf Poss.) — Coll. 15: Meisnerus, Balthasar: Prima fidelis admonitionis victoria ... Wittebergae 1626. (cf Poss.) — Coll. 17: Wismariensis, Daniel Michael: Tabellorum in epistolas dominicales ... pars aestivalis. Wittebergae 1613. (cf Poss.).

UNA TRADITA: Telegdi Miklós: Az evangéliumoknak, melyeket vasárnapokon és egyéb innepeken esztendő által az Anyaszentegyházban olvasni ... Bécs 1577., ff 10 (RMK I, 122=RMNy 374) cf S. Fr. l. m. 103. — Káldi György: Az innepekre való prédikációknak első része. Pozsony 1631. (RMK I, 602=RMNy 1510).

POSSESSOR: Coll. 1: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.* — Coll. 4: *Eximii honorandi Domini Christmanni Augspurger Superint[endentis].* — Coll. 7: *Reverendo clarissimo viro Domino Joanni Stumpfio [...] ecclesiae superintendenti [ie]nensi cognato [...]* — Coll. 14: *Reverendo et Clarissimo viro Domino Magistro Joanni Stumpfio mittit B[althasar] M[eisnerus] Dominus.* — Coll. 15: *Domino Magistro Stumpfio.* — Coll. 17: *3 gs. 16. Septembris anno 1613 Znojmae.*

PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

De Inventione S. Crucis, De Spinea Corona Domini

f 1r De Inventione S. Crucis in II Vesp. Ps *Domine clamavi;* A. *Cum orasset;* Ps *Voce mea;* R. *Per tuam cru[cem salva nos]*

f 1v A. *Super omnia [ligna]; De spinea corona Domini ad vesperas antiphona sequitur [Gaude fel]ix mater ecclesia.*

NOTITIA: cum in ritibus Hungariae medii aevi notis festum Spineae Coronae tantum apud Paulinos celebratum esse noscitur, antiphonale huic oridini adtribuendum est. Magna diversitas membrorum Colligati et Possessorum protestantium cuncta una traditis catholicis, compactionem a Jesuitis Posoniensibus, ut in casibus similibus, operatam fuisse monstrat.

S. Fr. l. m. 98.

s. 15/16.

ANTIPHONALE MONASTICUM

Fragm. membr. — f 1 — 230×395 mm — unica columna — lineae exstantes 4, orig. 9 — pars scripta non integra *172×260 mm, integra cca 395×260 mm.

Scriptura: gothica textualis s. 15/16.
Notatio: rhombica et gothica super quattuor lineas rubras, clavis c.
Ornamenta: initiales una rubra, una nigra cum lineis per pennam ductis ornata et rubro colore duplicata, rubricae.
Liber tradens: BBa 17: Pelargus, Christophorus: Evangelicarum quaestionum et responsionum liber, quo inprimis totum S. Matthaei evangelium ... explicatur ... illustratur. Francofurti 1612.
Possessor: *Sum Caspari Kögl Poson. — Ex libris Bibliothecae Augustianae Conventus Budensis ad SS. Stephanos in via Regia.*
Provenientia: et originis et usus incerta.

Petri et Pauli

f 1r R. 8. *[Quem dicunt ... discip]ulis ... edifica[bo ecclesiam meam]*
f 1v R. 9. *Petre amas me tu scis Domine;* V. *Symon Johannis dili[gis me ...].*

Notitia: exhibentur super fragmento partes responsoriorum *Quem dicunt* et *Petre amas me,* inter quae unica tantum antiphona locum obtinere potuisset remanente adhuc toni indicatione. Qui ordo textuum tantum pro cursu monastico valet.

S. Fr. l. m. 99.

s. 15/16.
ANTIPHONALE FRANCO-ROMANUM INCERTI RITUS

Fragm. membr. — f 1 — 224×415 mm — unica columna — lineae exstantes 4, orig cca 8 — pars scripta non integra *201×250 mm, integra cca 370×250 mm.

Scriptura: gothica textualis s. 15/16.
Notatio: quadrata super quattuor lineas rubras, claves c et f.
Ornamenta: initialis una caerulea foliis roseis ornata, duae nigrae lineis rubris duplicatae quarum una etiam effigie hominis decorata.
Liber tradens: GGg 15 (1—2): Strigenicius, Gregorius: Exequiae Christianae ... Leipzig 1621.
Una tradita: Impressa Latina, ff 32 eiusdem libri: (p. 267.) *Effecta abominanda Excommunicationis Heinrici Valesii et Heinrici Navarraei etc ... Anno MDCXI,* (p. 296.) *Apodixis: Qua demonstratur, haud licitum esse Subdito maledicere Regi suo: multo minus personam eius adoriri,* (p. 311.) *In luctuosissimum obitum Regis Heinrici IV. suspiria Galliae et fidelitas Gallorum ... Apud Petrum Ramier MDCX* (cf S. Fr. l. m. 117. et 116.).
Provenientia: originis incerta, usus Hungarica (cf Una tradita communia).

Officium Sanctae Crucis

f 1r V. *Tuam crucem Domine adoramus;* R. *Virgam extendit altissimus*
f 1v V. *Sceptrum crucis aurei.*

NOTITIA: ordo textuum provenientiam originis Hungaricam excludit, neque etiam ritibus Pataviensi seu Salisburgensi aut Pragensi, Olomucensi concordat. Ritus OPraem, OPraed et Hierosol. aeque excluduntur.

S. Fr. l. m. 100.

s. 16/ l.

ANTIPHONALE MONASTICUM (?)

Fragm. membr. — f 1 — 234×181 mm — unica columna — lineae exstantes 3 — pars scripta non integra *140×*151 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 16/1.
NOTATIO: rhombica super quinque lineas, clavis c.
ORNAMENTA: initialis lineis rubris composita, ornamenta usque ad finem lineae ad complendum vacuum.
LIBER TRADENS: BBc 11 (1—8): Selneccerus, Nicolaus: Responsio vera et christiana ad Theo. Bezae ... S. l. 1572. — Coll. 6: Sommerus, Johannes: Oratio qua exponitur argumentum et multiplex usus trium dialogorum S. Theodoreti... Wittebergae 1623.
UNA TRADITA: fragmentum chart. manuscripti Germanicae linguae continens homiliam super lectionem evangelii (Lc 5, 1—11) V Dominicae post Trinitatem.
PROVENIENTIA: incerta, tamen e scriptura potest esse Germanica.

Dominica Resurrectionis

f 1r AA ad Laudes *[Erat autem... candi]da sicut nix; [Prae timore ...] sunt custodes; [R]espondens aut[em Angelus]*
f 1v Mg A. *Surrexit enim [sicut dixit].*

NOTITIA: nostro scitu in cursu ecclesiastico in Hungaria et collimitaneis regionibus in octava Paschae antiphona ad Magnificat *Surrexit enim* non occurrit, inde fragmentum cursui monastico attribuendum iudicamus.

S. Fr. l. m. 101.

s. 16/1.

ANTIPHONALE ROMANO—SERAPHICUM

Fragm. membr. — f 1 — 223×169 mm — unica columna — lineae exstantes 2.

SCRIPTURA: gothico-rotunda s. 16/1.
NOTATIO: quadrata super quattuor lineas rubras, clavis f.
ORNAMENTA: initialis una nigra linea rubra duplicata, rubricae.
LIBER TRADENS: BBf 18: Kircher Johannes: Aetiologia in qua migrationis suae, ex Lutherana Synagoga in Ecclesiam Catholicam veras et solidas rationes ... exponit ... Viennae Austriae 1640. Pro tegumine eiusdem libri inserviebat etiam S. Fr. l. m. 181.
UNA TRADITA: impressum ephemeridis Germanicae s. d. belli triginta annorum.
POSSESSOR: *Collegij Pazmaniani S. J. Viennae. Catalogo inscriptus 1640. — Monasterij Tallensis Cathalogo insriptus 1646. Paulinorum.*
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Austriaca.

Officia rhythmica Clarae et Assumptionis Mariae

f 1r Ad II Vesp. Mg A. *[Salve sponsa Dei virgo sacra] planta miroru[m, tu vas munditi]e tu previa forma*
f 1v Assumptionis Mariae: Bn A. *[Quae est ista...] electa ut sol;* (in rubro) *Ad laudes et per horas et ad vesperas* Mg A. *[A]ssumpta est Maria in [coelum].*

ED.: Clara: AH 5, 159.

VESPERALIA

S. Fr. l. m. 102.
s. 15/1.
VESPERALE DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 202×304 mm — unica columna — lineae exstantes 4, orig. 8 — pars scripta non integra *155×210 mm, integra cca 280×210 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.
NOTATIO: rhombica super quinque lineas rubras, claves c et f.
ORNAMENTA: initiales rubrae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBg 4 (1—3): Disputatio de Eucharistiae Sacramento habita in ... Universitate Oxoniensi ... Tiguri 1557. — Coll. 3: Reneysen, Nicolaus: Bericht von dem heyligen Abendmahl ... Heydelberg 1563.
UNA TRADITA: fragmentula membranea cuiusdam collectarii s. 14.; impressa Latina, Guillelmus Parisiensis: Postilla super epistolas et evangelia, ff 4.
POSSESSOR: *M. Hultricky Breberg.*
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Michaelis et Omnium Sanctorum

Michaelis in II Vesp. A. *Dum preliaretur Michael;* Mg A. *Archangeli Michaelis* — Omnium Sanctorum in I Vesp. A. *[Gaudent in caelis*

animae sanctorum] qui Christi vestigia; R. *Beati estis sancti De[i omnes].*

NOTITIA: fragmentum ritibus in Hungaria medio aevo notis discordat. (Excluduntur Antiphonale Albense, OPaul, Strigon., Colocen. OPraed, OCarm, OCist, OPraem et extra Hungariam Patavien.) Attamen antiphona *Gaudent in caelis* in libris Hungaricis invenitur.

S. Fr. l. m. 103. Tab. 39.
s. 15/ex.
VESPERALE STRIGONIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 382×266 mm — unica columna — lineae exstantes 6, orig. 7 — pars scripta non integra *335×*152 mm, integra cca 347×258 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/ex.
NOTATIO: rhombica et gothica (originis Hungaricae) super quattuor lineas rubras, claves c et f (cf Tab.).
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae, maiusculae nigrae cum lineis rubris duplicatae.
LIBER TRADENS: BBe 15 (1—14): Heroldus, Tobias: Regenten—Buch ... Lipsiae 1620. — Coll. 14: Hoe Matthias: Augenscheinliche Prob wie die Calvinisten ... mit den Arrianern ... übereinstimmen. Leipzig 1621.
UNA TRADITA: RMK I, 122=RMNy 374: Telegdi Miklós: Az evangeliumoknac, melyeket vasárnapokon... prédicálni szoktanac elseo resze... Bécs 1577., ff 2, cf S. Fr. l. m. 97; 3 fragmentula membr.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad Sanctum Salvatorem 1690.* — Coll. 14. (finis): *Legi 5. Jul. anno 1621. J[ohannes] S[tumpfius].*
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

In translatione Dominici et nativitate Johannis Baptistae

f 1r Dominici Mg A. *[Transit pauper ad regni solium ...] mors in vitam labor in oci[um praesens cedit] luctus in gaudium — In natiuitate beati Johannis Baptiste ad vesperas* A. *[Descendit an]gelus Domini ad Zachariam;* R. *Tu puer [propheta altissimi] vocaberis;* V. *[Ad scientiam salutis plebi]*
f 1v *eius in remissionem;* Mg A. *Ingresso Zacharia templum; In secundis vesperis* A. *Elyzabet[h Zachariae magnum] virum genuit.*

NOTITIA: festum Johannis Baptistae ritui Strigoniensi convenit, quo in ritu translatio Dominici tamen deest. Notandum vero est translationem Dominici apud Paulinos commemoratam fuisse, licet, saltem brevia-

rium eorum impressum, antiphonae propriae non meminit. Proinde fragmentum bene ritui Strigoniensi (sed non usui chori Cathedralis) vel alio in Hungaria adiudicari quit.

BREVIARIA

S. Fr. l. m. 104.

s. 13/m.

BREVIARIUM NOTATUM DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi intermedium bifolium — 240× 395 mm — binae columnae — lineae exstantes 29 — pars scripta non integra *210×170 mm, integra cca 215×170 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/m. ind. Gall.
NOTATIO: neumata in campo aperto.
ORNAMENTA: initiales rubrae, maiusculae lineis rubris duplicatae et lineatio sub notatione eiusdem coloris, rubricae.
LIBER TRADENS: BBh 2 (1—20): Hoe, Matthias Austriacus: Commentarius luculentus super aureolam illam B. Pauli ad Galatas epistolam... Lipsiae 1605. — Coll. 2: Rungius, David: Prima disputatio catechetica in decalogum ... Witebergae 1602.
POSSESSOR: *M. Pauli Pausprintl Iglaviensis comparatus Iglaviae anno 1605. — Collegii Societatis Jesu Posoniensis ad S. Salvatorem 1694.*
PROVENIENTIA: originis Gallica (cf Scripturam), usus incerta.

Sabbato et Dominica in Albis, Feria II, III, IV

f 1r Bn A. *Currebant duo simul;* Or. *Concede qs ops Ds ut qui festa paschalia venerando egimus;* (in rubro) *Ad horas A. ut supra. Item ad omnes horas A.* V. *Hec dies quam fecit Dominus;* V. *Laudate pueri Dominum;* V. *Sit nomen Domini; Ad vesperas dicitur Deus in adiutorium; Super Ps. . Alleluia; Ps. Benedictus, cum reliquis;* H. *Vita sanctorum* (inc. Ch 2.977); (in rubro) *Qui canitur festivis noctibus usque ad ascensione n;* Cap. *Expurgate vetus fermentum;* V. *Gavisi sunt discipuli;* Mg A *Cum esset sero;* Or. *Concede qs* (inc.), *ut supra in mat.;* (in rubro) *In s ffragijs A. Christus resurgens;* V. *In resurrectione tua;* Or. *Deus qui [...];* Or. *Concede nos fam[ulos...]; De omnibus sanctis* A. *Lux perpetua;* V. *Gaudete iusti;* Or. *Praesta qs ops Ds ut in resurrectione;* (in rubro) *Iste ordo servatur in suffragijs sabbatis noctibus usque ad ascensionem pro festis autem diebus dicuntur hec antiphone indifferenter de resurrectione* A. *Surrexit Christus et illuxit;* A. *Surrexit Dominus;* (in rubro) *Item hec antiphone indifferenter dicuntur de sanctis* A. *In thabernaculis iustorum;* A. *Vox letitie;* A. *In celestibus regnis; Ad completorium* H. *Ad cenam agni* (inc. Ch 110); Cap. *Iesus Christus*

traditus est; V. *In resurrectione;* N. d. A. *Alleluia Resurrexit;* (in rubro) *Preces ex parte obmittuntur usque post octavam Pentecostes;* Or. *Repelle qs Dne conscriptum lege peccati;* (in rubro) *Iste ordo servabitur in Completorio usque ad ascensionem — Dominica in octava pasche in matutinis A. Ps. et V. et responsoria sicut [...];* Ev. *Cum esset ser[o]* (Io 20, 19)

f 1v Hom. Gregorii *[Prima lectionis huius evangelicae] questio*

f 2r Fer. II et III Lectt *Et vidi et audivi vocem angelorum* (Apc 5,11—7,3) vix legibiles

f 2v Fer. IV Lect. *Et audivi numerum signatorum* (Apc 7, 4—15).

S. Fr. l. m. 105.

s. 13/14.

BREVIARIUM NOTATUM DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 435×252 mm — binae columnae — lineae exstantes max. 22 — pars scripta non integra 330×*197 mm, integra cca 330×232 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/14.

NOTATIO: praegothica, cum elementis Metensibus, super quinque lineas, claves c et f.

ORNAMENTA: initiales duae rubrae, initiales nigrae cum ornamentis nigris per pennam effectis ornatae et lineis rubris duplicatae, rubricae.

LIBER TRADENS: BBd 16: Ulmer, Johann Conrad: New Jesuwitspiegel ... Basel 1586.

UNA TRADITA: 3 fragmentula Haebraica; impressa Bohemica, Biblia Kalizensis ff 2. (cf S. Fr. l. m. 177.).

POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*

PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

Dominica Quinquagesima

R. 7. *[Temptavit Dominus Abraham ... et of]feres illum ibi;* V. *Immola Deo sacrificium;* Lect. VIII *[Sed qui]a adhuc car[nales];* R. 8. *Angelus Domini voca[vit Abraham];* V. *Et benedicentur in te [omnes];* Lect. IX *Notandum vero est quod cum Jesu Ihericho appropinquare dicitur;* R. 9. *Cecus sedebat secus viam;* V. *Et qui preibant;* Ad Laud. AA *Secundum multitudinem; Deus meus es tu; Ad te de luce; Ympnum dicite; Omnes angeli eius;* Cap. *Si linguis hominum* (inc.); H. *Ecce iam noctis* (inc.) V. *In matutinis Domine meditabor* (inc.); Bn A. *Cum appropinquaret Iherico;* Ad VI Cap. *Ex parte cognos[cimus];* Ad IX Cap. *Nunc autem man[et];* AA *Cecus sedebat secus viam; [Cecus] magis ac magis; I[ter faciente] Ihesu; Transeun[te Domino clamabat]; Omnis plebs [ut vidit]; Per ebdomadam Apparuit autem Dominus.*

NOTITIA: eundem locum compactionis, consequenter usum Hungaricum una tradita communia cum S. Fr. l. m. 177. probant.

S. Fr. l. m. 106.

s. 14/m.

BREVIARIUM NOTATUM DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 320×211 mm — binae columnae — lineae exstantes 30 — pars scripta integra 235×175 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/m.
NOTATIO: quadrata super quattuor lineas rubras, clavis c.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim, initiales nigrae lineis rubris duplicatae, ex quibus una cum effigie hominis decorata.
LIBER TRADENS: Lg 29: Scheffler, Ioannes: Gruendliche Ausführung, dass die Lutheraner auf keine Weise noch Wege ihren Glauben in der Schrifft zu zeigen vermögen ... Neiss 1667.
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Commune unius martyris

Ad III-am VV *Et constituisti eum; Gloria patri; Posuisti Domine;* Or. *Adesto Dne supplicationibus;* Ad VI Cap. *Beatus vir qui inventus est;* R. *Posuisti Domine;* V. *Coronam de lapide;* V. *Iustus ut palma;* Ad IX Cap. *Beatus vir qui in sapiencia;* R. *Iustus ut palma;* VV *Sicut cedrus; Magna est gloria;* Ad II Vesp A. *Qui me confessus;* Ps *Dixit Dominus,* (in rubro) *ceteri cum hac sola;* Cap. *Iste sanctus;* H. *Deus tuorum;* Ad Mg AA *Hic vir despiciens; Iste cognovit iustitiam; Hic est vere martyr;* Ev. *Si quis vult post me venire* (Mt 16, 24—27); Hom. Gregorii papae *Quia Dominus ac redemptor.*

NOTITIA: ordo textuum provenientiam originis Hungaricam excludit, neque etiam ritibus Pataviensi seu Salisburgensi, aut Pragensi vel Olomucensi concordat. Ritus OPraem, OPraed et Hierosol. aeque excluduntur.

S. Fr. l. m. 107.

s. 14/m.

BREVIARIUM NOTATUM DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 243×400 mm — unica columna — lineae exstantes 27 — pars scripta integra 211×136 mm — lineatio per pennam.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/m.
NOTATIO: neumata praegothica in campo aperto.
ORNAMENTA: corpus litterae initialis P rubrum et caeruleum, lineis rubris et caeruleis per pennam ductis ornatum, et lineae pictae alternatim rubrae et caeruleae a pede initialis folium ornantes ducuntur; initiales rubrae et caeruleae; maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae; rubricae.
LIBER TRADENS: BBi 18 (1—5): Hunn, Egidius: Die Klaglieder des heiligen Propheten Jeremie ... Frankfurt a. M. 1588. — Coll. 3: Wunderer, Johann, David: Unvorgreiffliches Bedencken ... auff die Frage ob das H. Evangelium ... mit dem weltlichen Schwerd zuverfechten seye. Franckfurt a. M. 1619.
UNA TRADITA: fragmentulum epistolae Germanicae, 2 ff praeligata.
POSSESSOR: in foliis praeligatis: *Antonius Baumeister von Gündelfinger Jetzig Zeit Soldat vnd burger In Augspurg 1618 — Diss buch hab Ich von Neuen binden lassen Anno 1619 den 14 tag februarii, vnd kostet 48 Fl Kost xxxxviii Fl — Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1694.*
PROVENIENTIA: et originis et usus potest esse Hungarica.

Dominicae V et VIII post Octavam Pentecostes

f 1 Dca V Laud. Cap. *Consepulti sumus cum Christo;* Bn A. *Audistis quia dictum est;* Or. *Deus virtutum cuius est;* Cap. ad III *Scientes quod vetus homo;* Cap. ad VI *Si mortui sumus cum Christo;* Cap. ad IX *Scientes quod Christus resurgens;* ad II Vesp. Cap. *Existimate vos quidem;* A. *Si offers munus tuum;* Fer. II Lect. *Adsumens itaque Samuel* (I Sm 9, 22) textus non est legibilis
f 2r Dca VIII pt Oct. Pent. Pro Historia Sapientiae AA 8 vix sunt legibiles exceptis tamen A. 1. *Sapiencia clamitat;* A. 2. *Sapiencia edificavit;* A. 4. *Omnis sapiencia;* A. 6. *Dominus possedit;* (in rubro) *Liber Proverbiorum*
f 2v Lect. I *Parabole Salamonis filii David;* R. *In principio Deus antequam;* V. *Ego in altissimis habito;* Lect. II *Audiens sapiens;* R. *Emitte Domine sapienciam;* V. *Da michi Domine sedium;* Lect. III *Audi fili mi disciplinam.*

NOTITIA: ordo indistinctus Dominicarum et Historiarum arguit pro aliquo ritu dioecesano in Hungaria.

S. Fr. l. m. 108.

s. 14/15.
BREVIARIUM NOTATUM DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 322×360 mm — binae columnae — lineae exstantes 28 — pars scripta integra 235×164 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.
NOTATIO: rhombica et gothica super quattuor lineas, claves c et f, b rotundum.
ORNAMENTA: initiales rubrae, initiales nigrae lineis nigris ornatae et lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBk 9: Pappus, Johannes: In omnes prophetas ... scholae breves et methodicae in Academiae Argentoratensi. Francofurti ad Moenum 1593.
UNA TRADITA: fragmentula membr.
POSSESSOR: *Melchior Barchinus — Hunc librum in memoriam gratae mentis dono dedit Reverendo viro suo Johanni Horido S. Abraham Rustinus* (Rust, Ruszt in Burgenland ad lacum) *die Michaelis Anno Domini 1612. — Josephi Secury Medicinae Doctoris manu propria — Collegij Szakolcensis Societatis Jesu 1731.*
PROVENIENTIA: originis incerta, usus potest esse Hungarica.

Agnetis, Conversio Pauli

f 1 Agnetis R. 5. *Ipsi sum desponsata;* V. *Propter veritatem;* Lect. VI *Ingressa igitur Agnes turpitudinis locum;* R. 6. *Induit me Dominus cyclade;* III Noct. AA *Cuius pulchritudinem; Ipsi sum desponsata; Christus circumdedit me;* V. *Adiuvabit;* R. 7. *[Iam corpus eius... soci]atum;* V. *Ipsi sum desponsata*
f 2ra Convers. Pauli R. 6. *Gracia Dei sum;* V. *Bonum certamen certavi;* III Noct. A. *Saulus qui et Paulus;* V. *Ostendens quia hic est;* R. *Ne magnitudo revelacionum*
f 2vb R. 8. *Saulus autem magis;* V. *Fuit autem cum discipulis;* Lect. IX *In regeneracione cum sederit filius.*

NOTITIA: ordo textuum fragmenti ritibus Pataviensi, Olomucensi et Johannitarum non concordat, neque ritibus in Hungaria olim existentibus et nobis notis; possessores tamen maiori parte Hungari pro usu in hac patria militant.

S. Fr. l. m. 109.

s. 15/1.

BREVIARIUM NOTATUM STRIGONIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 178×230 mm — binae columnae — lineae exstantes 14 — pars scripta non integra *130×*148 mm, integra 395×250 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 15/1.
NOTATIO: rhombica super quattuor lineas rubras, clavis c.
ORNAMENTA: initialis una rubra detruncata, duae caeruleae cum lineis in adverso colore per pennam ductis ornatae, maiusculae nigrae cum rubro colore duplicatae, rubricae.

LIBER TRADENS: BB f 15: Reihings, Jacob: In zwei Teil abgeteilte Redaction... seines falschgenandten Catholischen Handbuch... Tuebingen 1626.

UNA TRADITA: impressa Latina et Germanica: *De arabia et thure myrrha cinnamo phoenice sardonice et aliis lapidibus* ff 4 — pars inferior faciei: *Gedruckt zu Graetz in Steyrbey Georg Widmanstetter. Anno MDLXXXIX. — Baurn Practica... MDCXXV Jahr.* ff 4 et fragmentula — *Verwerte Landes Ordnung des Königreichs Boehaimb.* pp 335—336. — *Register* f 1.

PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

Festum Augustini

NOTITIA: descriptionem fragmenti vide sub S. Fr. l. m. 110.; pars superior eiusdem folii S. Fr. l. m. 109., inferior autem S. Fr. l. m. 110. Ex eodem codice superest etiam S. Fr. l. m. 111.

S. Fr. l. m. 110.

s. 15/1.

BREVIARIUM NOTATUM STRIGONIENSE

Fragm. memb. — f 1 — 197×230 mm — binae columnae — lineae exstantes 11 — pars scripta non integra *197×*149 mm, integra cca 395×250 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 15/1.

NOTATIO: rhombica super quattuor lineas rubras, clavis c.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim, cum lineis adverso colore per pennam ductis ornatae, initiales et maiusculae nigrae cum lineis rubris duplicatae, rubricae.

LIBER TRADENS: BBh 1 (1—24): Epistolae Paulinae ad Galatas. Disputationes XIV—XVI. ... Altdorphii [1645]—1647. (cf Lib. trad. S. Fr. l. m. 192.). Coll. 15: Crinesius, Christophorus: De fide catholica B. Petri. Respondente Johan-Vito Schoppero ... Altdorphi 1626. (cf Poss.).

UNA TRADITA: impressa Latina et Germanica: *Th. Sagittarii De consc ... Epistolis* ff 2 (cf S. Fr. l. m. 192.); Paraphrases in Psalmos in versibus trochaicis ff 3 (cf S. Fr. l. m. 192.); *Notwendige Vertheidig[ung] der Augspurgi[schen] Confes[sio]. Leipzig.* ff 9, in cruda (cf S. Fr. l. m. 192.); *Christliches Ehebüchlein* ff 4 (cf S. Fr. l. m. 192.); *Methodi Medeni Galeni* ff 7 (cf S. Fr. l. m. 192.) etc.

POSSESSOR: Coll. 14: *Dan[iel] Schmid* — Coll. 15: *Praestantissimum dominum M. Dannhawerum ad placidum examen praesentium thesium, amice invitat. Praeses cum suo Respondente.*

PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

Festum Augustini

f 1ra (S. Fr. l. m. 109. et S. Fr. l. m. 110.): In III Noct. *[Ev. Vos estis sal terrae]*

f 1rb *Omelia beati Augustini de eadem* Lect. VII *Hic ostendit Dominus;* R. 7. *[Vulneraverat caritas Christi cor eius et gestabat...] quos de mortuis vivos fecerat;* V. *Ascendenti a convalle ploracionis;* Lect. VIII *Ergo ad nichilum valet ultra sal*

f 1va R. 8. *Accepta baptismi [gratia...] in superna fluenta;* V. *Tunc ait illa filio;* Lect. IX *Unde dicit Dominus in evangelio. Vos estis sal terre.*

NOTITIA: pars superior folii S. Fr. l. m. 109, inferior autem S. Fr. l. m. 110. Ex eodem codice superest etiam S. Fr. l. m. 111. Tria fragmenta eiusdem codicis super tribus libris differentibus conservata proveni-entiam Hungaricam, S. Fr. l. m. 111 ritum Strigoniensem probant.

S. Fr. l. m. 111.

s. 15/1.

BREVIARIUM NOTATUM STRIGONIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 543×352 mm — binae columnae — lineae exstantes 32 — pars scripta integra 395×250 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata 15/1.

NOTATIO: rhombica super quattuor lineas rubras, clavis c.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim lineis adverso colore per pennam ductis ornatae, initialis cum effigie hominis ornata; initiales et maiusculae nigrae cum lineis rubris duplicatae; rubricae.

LIBER TRADENS: Gf 38: Vermilius, Petrus: In epistolam Pauli apostoli ad Romanos commentarius. Basiliae 1568.

UNA TRADITA: impressa Germanica: *Newer und Alter Schreib-Kalender auf das Schalt-Jahr 1648. Nürnberg.* in 2 exemplaribus, ff 36; ... *Corrigierte Baurn Calender auff das Schalt Jahr 1648. Nürnberg.* ff 13; *Politischer Schatzkammer oder Form zu regieren* ff 3; *Jesus Mosis Stern und Kern* in cruda; (Dolianszki Johannes) *Sylva Dolianszkiana.* (Curiae Variscarum 1616) ff 5.

POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*

PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

Commune Apostolorum

In I Noct. A. *Constitues eos;* Lect. I *Quia psalmista prospexit electos;* R. 1. *Ecce ego mitto vos;* V. *Dum lucem;* Lect. II *Ecce electi Dei;* R. 2. *Tollite iugum* meum; V. *Et invenietis;* Lect. III *In ista ipsa passione in qua occiderunt;* R. 3. *Dum steteritis;* V. *Non enim;* Lect. IV *Itaque quisquis pervenit ad hanc dignitatem;* R. 4. *Vidi coniunctos viros;* V. *Vidi agnum Dei;* Lect. V *Qualem vero fructum afferre debebant;* R. 5. *Isti sunt triumphatores.*

NOTITIA: textus et ritum Pataviensem et ritum Strigoniensem supponere permittunt, ast cum ex eodem codice duo alia fragmenta supersint (S. Fr. l. m. 109. et S. Fr. l. m. 110.), factum hoc eundem esse locum compactionis i.e. Posonium, et per consequens ritum Strigoniensem probat.

GRADUALIA

S. Fr. l. m. 112.

s. 14.

GRADUALE (KYRIALE?)

Fragm. membr. — f 1 — 392×215 mm — unica columna — lineae exstantes 12 — pars scripta non integra *325×*160 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14.

NOTATIO: rhombica et gothica super quattuor lineas rubras, claves c, f et g, b rotundum.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim, initiales nigrae cum lineis rubris duplicatae, rubricae.

LIBER TRADENS: Fd 4: Consensus orthodoxus S. Scripturae et veteris ecclesiae de sententia et veritate verborum coenae dominicae ... Zürich 1578. — Pro tegumine eiusdem libri inserviebat etiam S. Fr. l. m. 126.

POSSESSOR: *Josephi Securii Medicinae Doctoris manu propria — Collegij Szakolczensis S. J. Catalogo Inscriptus 1728.*

PROVENIENTIA: originis incerta, usus potest esse Hungarica.

Ordinarii missae cantus

De confessore; Pascha; De apostolis; De virginibus.

NOTITIA: provenientia originis Hungarica indole et scripturae et notationis secludenda est. Usum Hungaricum codicis possessores testant qui communes sunt cum S. Fr. l. m. 108, 177 et 208. De eodem libro supersunt Una tradita fragmentorum S. 177 et 105, sed Liber tradens S. Fr. l. m. 105. in Catalogo Jesuitarum Posonij est inscriptus. Quod factum hypotesin pro existentia alicuius depositi librorum evangelicorum ad Jesuitas delatorum admittit. Quo de deposito diversa collegia seu domus S. J. in Hungaria labente tempore ditata fuere.

S. Fr. l. m. 113.

s. 15/1.

GRADUALE

Fragm. membr. — f 1 — 235×370 mm — unica columna — lineae exstantes 4, orig. 9 — pars scripta non integra *148×250 mm, integra cca 355×250 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.
NOTATIO: gothica et rotunda super quattuor lineas rubras, claves c et f.
ORNAMENTA: initiales rubrae et nigrae cum lineis nigris ornatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBa 9 (1—7): Streuberus, Petrus: Christliches Gutachten, wie ... der schwere Streit, so in der Reformierten Kirchen Gottes von der Person und heiligen Abendmahl ... Christi ... beygelegt werden. s. l. 1591.
UNA TRADITA: Satyra II Persii cum commento impressa ff 4; fragm. Kalendarii f 1, impressum Germanicum.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Dominica Vocem jucunditatis; In Rogationibus

f 1r Intr. *Vocem jucunditatis*
f 1v Intr. *[Exaudivit de] templo sancto suo.*

S. Fr. l. m. 114.

s. 15/1.

GRADUALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 418×235 mm — unica columna — lineae exstantes 9 — pars scripta non integra 367×*185 mm, integra cca 367×237 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.
NOTATIO: rhombica super quattuor lineas rubras, claves c et f, b rotundum.
ORNAMENTA: initiales una rubra, una caerulea, duae nigrae cum lineis nigris ornatae et rubro colore duplicatae, linea aurea ad textum dividendum; rubricae.
LIBER TRADENS: BBj 13 (1—4): Gesner, Salomon: Dodecas disputationum theologicarum ... Lunaeburgi 1621. — Pro tegumine eiusdem libri inserviebat etiam S. Fr. l. m. 180.
POSSESSOR: *Inscriptus Cathalogo Librorum Collegii Gins S. J. 1739.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

In Vigilia et in die unius Apostoli

Off. *[Gloria et honore coronas]ti eum;* Comm. *Magna est gloria* — In die Intr. *[M]ichi autem;* Gr. 1. *Nimis honorati;* V. *Dinumerab[o eos et su]per are[nam].*

NOTITIA: folio sequens S. Fr. l. m. 115., de eodem codice supersunt etiam S. Fr. l. m. 116. et 117.

S. Fr. l. m. 115.

s. 15/1.

GRADUALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 227×305 mm — unica columna — lineae exstantes 5, orig. 9 — pars scripta non integra *185×233 mm, integra cca 367×237 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.
NOTATIO: rhombica super quattuor lineas rubras, claves c et f.
ORNAMENTA: initiales una rubra, una caerulea, duae nigrae detruncatae cum lineis nigris ornatae et rubro colore duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBa 10 (1—4): Balduinus, Fridericus: Disputatio ordinaria de imaginibus ... respondente Paulo Sperlingio. Wittebergae 1621.
POSSESSOR: *Daniel Schmid manu propria — Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

Commune unius Apostoli

Gr. 2. *[Constitues eos... Do]mine;* V. *Pro patribus tuis;* Gr. 3. *In om[nem terram];* V. *Celi enarrant gloriam.*

NOTITIA: folio praecedens S. Fr. l. m. 114., de eodem codice supersunt etiam S. Fr. l. m. 116. et 117.

S. Fr. l. m. 116.

s. 15/1.

GRADUALIS PARS PROSARIUM

Fragm. — membr. — f 1 — 230×379 mm — unica columna — lineae exstantes 4, orig. 9 — pars scripta non integra *183×237 mm, integra cca 367×237 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.
NOTATIO: rhombica super quattuor lineas rubras, claves c et f.
ORNAMENTA: littera initialis rubra, maiusculae rubrae et caeruleae alternatim.
LIBER TRADENS: BBi 12: Försterus, Johannes: In prophetam Esaiam commentarius ... Wittebergae 1620.
UNA TRADITA: fragmentulum membr. Latinum, fragmentula impressa Latina (cf S. Fr. l. m. 99. et 117.).

POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1694.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

Prosae ad magnam missam Nativitatis et Stephani protomartyris

f 1r Ad magnam missam Nativitatis *[Natus ante saecula ... tenebras] Hec nox vacat*
f 1v *preces Ut ipsos ... unice Dei* (Ch 11903); Stephani protomartyris: *Hanc concordi famulatu* (Ch 7662).

NOTITIA: de eodem codice S. Fr. l. m. 114, 115, 117. Fragmenta eiusdem codicis super diversis libris tradentibus reperta locum compactionis communem, consequenter provenientiam Hungaricam probant.

S. Fr. l. m. 117.
s. 15/1.
GRADUALIS PARS PROSARIUM

Fragm. membr. — f 1 — unica columna — lineae exstantes 6, orig. 9 — pars scripta non integra *220×*93 mm, integra cca 367× 237 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.
NOTATIO: rhombica super quattuor lineas rubras, claves c et g.
ORNAMENTA: maiusculae duae rubrae.
LIBER TRADENS: BBc 13: Meisnerus, Balthasar: Nova commentatio per textus analysin, dubiorum solutionem, et locorum communionum annotationem... Wittebergae 1620.
UNA TRADITA: impressa Latina ff 9: (p. 21.) *Pars prima. De origine erroris;* (p. 22.) *Pars secunda. Facinus Castelli iustum esse* (cf S. Fr. l. m. 99. et 116.).
POSSESSOR: *Johannes Stumpfius Posonij Hungarorum emebat anno Christi 1627. — Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1694.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

Iohannis evangelistae

f 1r *[Verbum Dei Deo natum ... im[perat ... et Mar[cion]*
f 1v *rubra veste ... nuntia* (Ch 21353).

NOTITIA: de eodem codice S. Fr. l. m. 114., 115. et 116.

S. Fr. l. m. 118.

s. 15/1.

GRADUALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 1+1 — 192×305 mm et primum et alterum — unica columna — lineae exstantes 4, orig. 8 — pars scripta non integra *175×205 mm, integra cca 286×205 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.
NOTATIO: quadrata super quinque lineas rubras, claves c et f, b rotundum.
ORNAMENTA: Initiales rubrae et caeruleae, quarum una detruncata, maiusculae nigrae cum lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: GGd 5 (1—6): Melanchton, Philipp: Annotationes ... der Epistel die S. Paulus zu den Römern geschrieben hat ... (Augsburg 1523).— Coll. 5: idem: erklaerung oder anzaygung in etliche schwestern Capitel des ersten buchs Moysi ... s. l. 1524.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

Feria V in Coena Domini, Feria VI in Parasceve

f 1 (S. Fr. l. m. 118. et 119.) Comm. *[Dominus] Jesus postquam;* Ad Vesp. AA *Calicem salutaris; [Sedentibus illis dixit] amen dico vobis unus vestrum est qui; Mandatum novum; Postquam surrexit; In hoc cognoscent; Diligamus invicem*
f 2 Feria VI in Parasceve H. *[Crux fidelis ...] nulla silva;* A. *[Dum fabricator mundi ... susti]nere non posse;* V. *O admirabile precium.*

NOTITIA: *Dum fabricator* antiphona cum versu traditioni canonicali favet, ergo videtur esse alicuius monasterii canonicorum regularium exceptis Praemonstratensibus. Folii primi pars superior S. Fr. l. m. 118. est, inferior autem 119., quod provenientiam usus codicis Hungaricam probat.

S. Fr. l. m. 119.

s. 15/1.

GRADUALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 200×345 mm — unica columna — lineae exstantes 4, orig. 8 — pars scripta non integra *176×205 mm, integra cca 286×205 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.
NOTATIO: quadrata super quinque lineas rubras, claves c et f, b rotundum.
ORNAMENTA: initiales rubrae, una caerulea cum lineis rubris ornata, initiales nigrae cum lineis rubris duplicatae, rubricae.

LIBER TRADENS: GGc 26: Melanchton, Philipp: Die Hauptarticlen und furnemesten Punct der jätzen hayligen Schrifft ... (Wittenberg 1522?).
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
PROVENIENTIA: cf S. Fr. l. m. 118.

Feria V in Coena Domini

NOTITIA: descriptionem fragmenti vide sub numero S. Fr. l. m. 118., ubi folii primi pars superior S. Fr. l. m. 118. est, inferior autem S. Fr. l. m. 119.

S. Fr. l. m. 120.
s. 15/m.
GRADUALE

Fragm. membr. — f 1 — 230×328 mm — unica columna — lineae exstantes 4, orig. 8 — pars scripta non integra *185×223 mm, integra cca 336×223 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/m.
NOTATIO: gothica super quattuor lineas rubras, claves c et f, b rotundum.
ORNAMENTA: initiales rubra et caerulea lineis in adverso colore ornatae, una nigra detruncata cum rubro et caeruleo colore ornata; rubricae; numerus folii in rubro.
LIBER TRADENS: BBj 10 (1—2): Felisius, Matthias: Catholica praeceptorum decalogi elucidatio ... Antverpiae 1576.
UNA TRADITA: fragmentula membr.
POSSESSOR: *Residentiae Rosnaviensis* (S. J.) — *Bartholomaeus Szebeleby 1670.*
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Feria II et III post Dominicam Laetare

f 1r Fer. II Intr. *[Deus in nomine tuo ... oratio]nem meam;* Ps.: *Quoniam alieni insurrexerunt;* Gr. *Esto mihi*
f 1v Fer. III Intr. *[Exaudi Deus] orationem meam;* Gr. *Exsurge Domine.*

S. Fr. l. m. 121.
s. 15/m.
GRADUALE SALISBURGENSE SEU PATAVIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 201×291 mm — unica columna — lineae exstantes 7 — pars scripta non integra 235×*164 mm, integra cca 235×174 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/m.
NOTATIO: rhombica et gothica super quattuor lineas rubras, claves c et f.

ORNAMENTA: initiales rubrae, una nigra, numerus folii in rubro, rubricae.
LIBER TRADENS: Sh 34: [Forerus, Laurentius]: Refutatio famosorum libellorum a Caspare Scioppio, dicto Grammatico Protheo ... s. l. et a.
UNA TRADITA: 2 Epistolae in lingua Germanica: 1. *Datum Leska 8, 3, 1631.* ad bibliopegam in *Ingolstadt;* 2. *Datum Crembs 6, 11, 1565.*, in *Wien* mittit quidam *Johann.*
POSSESSOR: *Collegij Zagrabiensis Societatis Jesu — Ex libris Joannis Kapp[ik?]*
PROVENIENTIA: originis Germanica meridionalis (Austria) ut forma scripturae, notationis simul cum una traditis asserunt, usus incerta.

Dominica XVI post Pentecosten

f 1r *All. V. [I]n exitu Israhel; V. Facta est Iudea sanctificatio e[ius] Israhel potestas eius*
f 1v Off. *Domine in auxilium meum;* Comm. *Dne memorabor; Dominica XVII.*

NOTITIA: dioeceses supranominati hos versus duplices alleluiaticos in dicta dominica *Miserere mei* cantabant.

S. Fr. l. m. 122.
s. 15/2.
GRADUALE

Fragm. membr. — f 1 — 226×405 mm — unica columna — lineae exstantes 3, orig. 8 — pars scripta non integra *190×303 mm, integra 470×300 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.
NOTATIO: gothica super quattuor lineas rubras, claves c, f et g, b rotundum et quadratum (manus posterior).
ORNAMENTA: initiales una caerulea, altera nigra, rubricae, in intervallis textus lineae undosae in rubro.
LIBER TRADENS: BBe 7 (1—14): Dietrich, Curand: Philosophischer und theologischer Traum ... Ulm 1624. — Coll. 5: Von den hochstraeflichen Muentzunwesen... Bedencken. Halberstadt 1622. (cf Poss.). — Coll. 6: Martinus, Simon: An S. Stephanstag den 26. Decembris Anno 1624. Ulm 1625.
UNA TRADITA: impressum Latinum iuris civilis f 1: *Ias. super Prima .ff. Vetus.;* impressa Hungarica: Pázmány Péter: Isteni Igazságra vezerleo Kalauz. Poson 1613. ff 10. (RMK I, 443=RMNy II, 1059); alia impressa Hungarica: Viennae cca 1630, ff 2.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690. — Coll. 5: Reverendo Domino Stumpfio mittit I.G.D.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

Dominica I post Epiphaniam

f 1r Gr. *[Benedictus Dominus ...] a seculo;* V. *Suscipiant montes pacem*
f 1v Off. *[Jubilate De]o omnis terra.*

NOTITIA: ex eodem codice supersunt S. Fr. l. m. 123. et 124.

S. Fr. l. m. 123.
s. 15/2.
GRADUALE

Fragm. membr. — f 1 — 272×188 mm — unica columna — lineae exstantes 4, orig. 8. — pars scripta non integra 470×300 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.
NOTATIO: gothica et rhombica super quattuor lineas rubras, claves c et f, b rotundum.
ORNAMENTA: initiales caerulea et nigra; in intervallis textus lineae undosae in rubro; rubricae.
SPEC. TEXTUS: Lect. IV *Cum igitur humanum deesset auxilium secundum consilium Josaphat regis rex iste oculos ad Deum levavit nec Ursulam latere potuit se paterne perturbacionis esse causam cuncta tamen rex provide assimulat et statuit diem in quo respondeat legatis. Omnibus igitur patre cum filia in visione dominus Ursule astitit et omnia que circa eam disposuerat et rerum eventum seriatim revelat ... Meus iussit dominus iuvenem a spe sua non repellere. Sed hec erit condicio nupcialis. Tu et ille decem electissimas virgines perquiretis, quarumquemlibet habebit mille virgines socias mihi quoque et totidem assignentur ...*

NOTITIA: haec legenda Ursulae longior est quam eadem in Legenda aurea.

S. Fr. l. m. 158.
s. 14/15.
LECTIONARIUM CHORI

Fragm. membr. — f 1 — 162×275 mm — binae columnae — lineae exstantes 15, orig. 36 — pars scripta non integra *106×176 mm, integra cca 258×176 mm — lineatio per pennam, punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.
ORNAMENTA: initiales rubrae partim detruncatae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBg 2 (1—2): Hiobus, Magdeburgensis: Gnomai agiai kai apostolikai. Sententiae sacrae et apostolicae. Basileae 1562. — Coll. 2: Hiobus, Magdeburgensis: Catechesis, seu capita doctrinae... Lutheri. Basileae 1560. (cf Poss.).
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.* — Coll. 2: *Venerando Viro D. Joanni Tetelbachio ecclesiae Chemnicensi superintendenti (...)*
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

Liber I Macchabeorum

f 1ra *[septem mi]lia equitum* (Mcc 3, 39—42)
f 1rb Lect. II *Et clamaverunt voce* (3, 50—52)
f 1va Lect. IV *Et adsumpsit Gorgias* (4, 1—5)
f 1vb [Lect. VI] *Et viderunt eos* (4, 12—18).

S. Fr. l. m. 159.
s. 15/1.
LECTIONARIUM CHORI

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi medium bifolium — 250×408 mm — binae columnae — lineae exstantes 31, orig. 34 — pars scripta non integra *220×163 mm, integra cca 240×163 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBh 14: Erythropilus, Rupertus: Catena aurea in harmoniam et symphoniam quatuor evangelistarum ... Magdeburgi 1604.
UNA TRADITA: impressa Latina: *Gothofredus Iungermanus, Hanoviae 1609.*, ff 4; *Fr. Petrarca: Contra medicum, invect.* Lib. I. in cruda, ff 8; *Josephus Meronus, Romae 1614.*
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
PROVENIENTIA: originis Germanica (?), usus Hungarica.

f 1 Fer. VI Lect. II — Fer. IV Lect. II (III Rg 2, 20 — 3, 3)
f 2 Fer. IV Lect. III — Fer. III Lect. I (III Rg 3, 4 — 11, 40).

S. Fr. l. m. 160.
s. 15/2.
LECTIONARIUM CHORI FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 180×275 mm — binae columnae — lineae exstantes 15, orig. cca 37 — pars scripta non integra *115×187 mm, integra cca 283×187 mm.

SCRIPTURA: gothico-rotunda formata s. 15/2.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBc 9: Strigelius, Victorinus: Salomonis libri tres ... ad Ebraicam veritatem recogniti ... Lipsiae 1565.
POSSESSOR: *Ex Bibliotheca P. Gratzi[?] — Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*
PROVENIENTIA: originis Italica, usus Hungarica (?).

Martini, Mennae

Lect. VIII *Tunc ille motus his fletibus;* Lect. IX *O virum ineffabilem nec labore victum* — Mennae Lect. I *In Scithia metropoli Frigie salutarie passio sancti Menne martyris;* Lect. III *Deinde in eculeo ... plage impositus est.*

NOTITIA: modo satis inusitato novem lectiones omnes de Vita Martini sumuntur. Similes casus exceptionis instar affert Martène (De antiquis monachorum ritibus. Lugduni 1690. 585, 615, 638. etc.). Lectionarium nostrum ad usum chori olim conscriptum esse censemus eo, quod vitas in lectiones divisas, sed sine responsoriis continet.

COLLECTARIUM

S. Fr. l. m. 161.
s. 13/2.
COLLECTARIUM OCIST

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum bifolium — 222×333 mm — unica columna — lineae exstantes 15 — pars scripta integra 161×113 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/2.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBi 5: Raphaelus. Joannes: Epistolica velitatio in triumviros Augustanae confessionis ... Olomucii 1616.
POSSESSOR: *Alumnatus Agriensis Episcopatus sub cura P. P. Societatis Jesu Viennae Catalogo inscriptus — Reverendo Patri in Domino P. Jacobo Gerano A mp.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Austriaca (inferior).

Dominica I post Octavam Epiphaniae, Feria IV in Capite Ieiunii

f 1 Coll. *Quicumque vult;* V. *Benedicat nos;* Coll. *Ops s Ds qui dedisti famulis tuis;* In capitulo *Preciosa in conspectu; Isti et omnes sancti intercedant; Respice Dne in servos tuos; Dirigere et sanctificare dignare Dne*
f 2 [Ante] missam mane *Exurge Dne adiuva nos;* V. *Ostende nobis;* Ps *Deus qui auribus;* Coll. *Concede nobis Dne presidia;* Benedictio cinerum *Deus qui non mortem sed penitentiam.*

NOTITIA: monasteria Cisterciensia (St. Bernard aut Ybbs) monialium in dicione inferioris Austriae ducatus, s. 16. per illius aevi turbines deleta esse noscuntur, quae libros simul amiserunt.

BREVIARIA

S. Fr. m. l. 162.
s. 13/2.
BREVIARIUM MONASTICUM

Fragm. membr. — ff 2, intermedium bifolium — 335×558 mm — binae columnae — pars scripta non integra 335×*492 mm; integra cca 335×511 mm — lineatio et punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/2.
ORNAMENTA: initiales rubrae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae.
LIBER TRADENS: DDb 3: Luther, Martin: In primum librum Mose enarrationes — —, ... Norinbergae 1563.
UNA TRADITA: fragmentula membr.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad. S. Salvatorem 1692.*
PROVENIENTIA: ex unico festo Heinrici imperatoris suadetur Germanica, usus incerta.

Commemoratio Pauli, Octava Iohannis, Infra Octavam Apostolorum, Margarethae, Heinrici

f 1 Comm. Pauli (textus vix legibilis) V. *Tu es vas eleccionis;* Lect. XII *Veni ...;* Laud. AA *Ego plantaui Apollo rigauit;* V. *Unus quisque;* A. *Libenter gloriabor;* V. *Quando enim infirmior;* V. *Ut digni efficiamur;* A. *Gracia Dei in me;* V. *Gracia Dei* — In octavam Iohannis Baptiste Lect. II *Elysabet virum cognoscendo;* Lect. IV *Ille corruptibilis uteri;* Lect. V *Quid ergo dixit de Christo;* Lect. VI *Ut ergo humiliaretur homo;* Lect. VIII *Et quia uniuersum mundum* — Infra Octavam Apostolorum Lect. I *Felices illi*

f 2 Margarithae Lectt *In illis diebus transiebat Olibrius; Cum autem comprehenderent; Venerunt milites; Introiuit autem; Et ait beata Margaret[a]; De sancto H[ei]nrico imperatore* Lect. I *Anno ab incarnatione Domini.*

S. Fr. l. m. 163.

s. 13/14.

BREVIARIUM, FRANCO-ROMANUM INCERTI RITUS

Fragm. membr. — ff 2, medium bifolium fasciculi — 222×325 mm — binae columnae — lineae exstantes 30 — pars scripta integra 170× 115 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 13/14.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim, rubricae.

LIBER TRADENS: DDd 18: Smiglecius, Martinus: Refutatio vanae dissolutionis ... a Ioanne Volkelio ministro arriano tentatae. Cracoviae 1614.

UNA TRADITA: fragmentula membr., fragmenta chart. ff 6, Latina et Polonica. Notula: *Ad Mogatium et Ludovici regis interitum* (a. 1526. proelium ad Mohács in Hungaria in quo Ludovicus rex Hung. et Bohem. occubuit.)

POSSESSOR: *Societatis Jesu 1615. — Collegij Tyrnaviensis 1617.*

PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Agathae, Valentini, Cathedrae Petri

Agathae R. 8. *Medicinam carnalem;* V. *Qui me dignatus est;* R. 9. *Gaudeamus omnes in Domino;* V. *Immaculatus Dominus;* AA ad Laud. et ad II Vesp. ut in Brev. Rom. — Valentini Or. *Presta qs ops Ds ut qui beati Valentini* — in Cathedra Petri ad Vesp. Capit. *Ecce sacerdos magnus qui;* H. *Quodcumque vinculis;* in ceteris ut in Brev. Rom. excepta Or. ad Vesp. *Deus qui beato Petro apostolo tuo;* ad Lect. Ev. *secundum Johannem Venit Jesus in partes* (Mt 16, 13).

NOTITIA: ritum Romanum Curiae ordo breviarii, praeter R. 9. praescriptum et orationem ad Vesperas exhibet.

S. Fr. l. m. 164.

s. 13/14.

BREVIARIUM OPRAED

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum et ultimum folium — 260× 365 mm — binae columnae — lineae exstantes 33 — pars scripta integra 177×120 mm — punctatio et lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/14.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim lineis in adverso colore per pennam ductis ornatae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae, partes textuum lineis rubris subductae.

LIBER TRADENS: Bf 49: Sbrozzius, Jacobus: De vicarii episcopi officio et potestate tractatus. Venetiis 1606.

UNA TRADITA: Vergilius: Aeneis in cruda; vocabularium Latino-Germanicum; manuscripta chart., libri rationum.

POSSESSOR: *Petri Domittrowych.*

PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

Sabbato post Dominicam III Adventus, Dominica IV; in Vigilia Nativitatis Domini

Dca IV in Adventu Invit. *Ecce iam veniet;* Rubrica in fine Noct. *Hac die in laudibus et deinceps usque ad vesperas exclusive fiat officium sicut in festo duplici.*

NOTITIA: de eodem codice S. Fr. l. m. 165. Rubrica ritui OPraed convenit.

S. Fr. l. m. 165.

s. 13/14.

BREVIARIUM OPRAED

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum bifolium — 224×370 mm — binae columnae — lineae exstantes 33 — pars scripta integra 177× 115 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/14.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae alternatim lineis in adverso colore per pennam ductis ornatae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae, partes textuum lineis rubris subductae.

LIBER TRADENS: BBh 13 (1—6): Kurtzer und notdürfftiger Unterricht wie man bey ... Pestilens Zeit ... sich ... verwahren ... möge. Jena 1607. — Coll. 2: Rumpelius, Valentinus: Bericht von der ... Seuche der Pestilenz ... s. l. 1611.

UNA TRADITA: Regula Fratrum Minorum in cruda; fragmentula membr.

POSSESSOR: *Viro clementissimo Domino D. Johanni Byrtumpfelio.*

PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

f 1 In Epiph. Ad Bn A. *[Hodie celesti sponso] iuncta est ecclesia;* in ceteris textus consueti in Brev. OPraed ad Serm. Augustini *Post miraculum virginei partus ... Utrisque lingua loquitur celorum*

f 2 Dca I pt Epiph. Or. *Visita qs Dne habitationem; ... Canticum Nunc dimittis semper dicatur. Ant. Salva nos per totum annum dicatur nisi in sabbato ante dominicam XL et deinceps usque ad sabbatum ante trinitatem exclusive et nisi in vigilia natalis domini et deinceps usque in crastinum octavarum epiphanie exclusive et nisi quando de beata virgine agitur in conventu, preces vero dicantur cottidie nisi in cena domini et deinceps usque ad secundam feriam post dominicam in albis exclusive et nisi in ebdomada pentecostes et nisi infra octavam nativitatis domini et nisi in duplicibus et totis duplicibus ...* (in rubro).

NOTITIA: de eodem codice S. Fr. l. m. 164.

S. Fr. l. m. 166. Tab. 44.

s. 14.

BREVIARIUM DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 449×230 mm — binae columnae — lineae exstantes 39 — pars scripta non integra 335×*159 mm, integra cca 335×202 mm — lineatio per pennam.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae lineis in adverso colore per pennam ductis ornatae; rubricae (cf Tab.).

LIBER TRADENS: BBi 2 (1—20): Bergius, Johannes: Analysis controversias de persona Christi ... praeside Johanne Bergio ... respondente Adamo Forwercio. s. l. 1619. — Coll. 7. Martinus, Jacobus: Invicta demostratio puritatis, integritatis fontium in Testamentis ... Sub praeside Jacobi Martini ... Wittebergae 1632.

UNA TRADITA: duo fragmentula membr. Latina impressa, impressa Germanica iurisprudentiae f 1.

POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem* — Coll. 7: *Rev. et vir[...] Domino Johanni Nednen[io ?] superintendenti.*

PROVENIENTIA: et originis et usus Germanica.

Nicomedis, Marcellini et Petri, Erasmi, Bonifacii, Vincentii, Medardi et Gildardi

f 1r (dimidium col. primae decisum est) *De sancto Nycomede* Coll. *[Deus qui] nos [beati Nic]omedis martiris [tui meritis et intercess]-ione;* Lectt I—II illegibiles, Lect. III *Eo itaque mortuo corpus eius in*

Tyberim, Cetera omnia de uno martyre — De sancto Marcellino et Petro Coll. *Deus qui nos annua beatorum martirum Marcellini et Petri;* Lectt I—II illegibiles

f 1v Lect. III *Cumque mittens in carcerem iudex, Cetera omnia de pluribus martiribus — De sancto Herasmo* Lectt I—III *Sanctus Herasmus Antiochie civitatis episcopus propter favorem hominum, Cetera omnia de uno martyre et pontifice — De sancto Bonifacio* Coll. *Deus qui multitudinem populorum;* Lectt I—III illegibiles quia dimidium columnae secundae vacat — *De sancto [Vincentio]* Coll. *Tuere Dne populum [tuum ...] beati confessoris — De sancto [Medardo et Gildardo]* Coll. *Deus qui no[bis ... beato]rum confessorum atque pontifi[cum Medardi...].*

S. Fr. l. m. 167.

s. 14.

BREVIARIUM MONASTICUM (OSB?)

Fragm. membr. — ff 4, primum et secundum bifolium fasciculi — ff 1—4: 240×190 mm, ff 2—3: 235×160 mm — unica columna — lineae exstantes 24 — pars scripta integra 138×87 mm — lineatio et punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae, rubricae.

LIBER TRADENS: BBe 13 (1—8): [Stengel, Georg]: Vermeint-päpstliche, aigentlich-Luteranische Fallstrick dess armseelig, und auss göttlicher verhängnis übel verstrickten Manns ... Ingolstatt 1622.

UNA TRADITA: fragmentulum manuscriptum linguae Germanicae, compositionis metricae religiosae.

POSSESSOR: *Sum M. Martini N[eu]banczi... 16[...] April. — Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*

PROVENIENTIA: originis Germanica meridionalis usus incerta.

Dominica Septuagesima, Dominica Quinquagesima

f 1 Dca Septuagesima R. 5. *Formavit igitur;* R. 6. *Tulit ergo Dominus hominem;* V. *Formavit igitur Dominus;* R. 7. *Dixit Dominus Deus;* V. *Ade vero;* R. 8. *Immisit Dominus soporem;* V. *Hoc nunc os ex ossibus meis;* Hom. Gregorii *In explanatione sua;* R. 9. *Cum deambularet;* V. *Vocem tuam*

f 2 R. 10. *In sudore vultus tui;* V. *Pro eo quod obedisti*

f 3 textus hebdomadae pt dcam Sexagesimam et ad Vesp. Sabb. vix leguntur. R. 11. *Ecce Adam quasi unus;* R. 12. *Ubi est Abel frater tuus;* V. *Maledicta terra;* In Laud. AA 5 huius dominicae ubique consuetae

f 4 Dca Quinquagesima H. *Dies absoluti;* R. 1. *Quadraginta dies;* R. 2.

Ponam arcum meum; V. *Cum obduxero nubibus;* R. 3. *Per memet ipsum iuravi;* V. *Ponam arcum meum;* R. 4. *Edificavit Noe altare Domino;* V. *Ecce ego statuam;* R. 5. *Locutus est Dominus ad Abraham;* V. *Benedicens benedicam tibi;* R. 6. *Cum staret Abraham;* V. *Dixit Dominus Abraham.*

NOTITIA: ordo responsoriorum dominicae Septuagesimae a ritu Breviarii sanctae Justinae non longe abest, responsoria tamen ad dominicam Quinquagesimam differunt. Causa H. *Dies absoluti* Germaniae meridionali sed etiam Hungariae adscribi potest.

S. Fr. l. m. 168.

s. 14.

BREVIARIUM PRAGENSE

Fragm. membr. — f 1 — 322×207 mm — binae columnae — lineae exstantes 34 — pars scripta integra 240×160 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14.
ORNAMENTA: initiales rubrae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBf 1 (1—6): Strigelius, Victorinus: Liber Job, ad Ebraicam varietatem recognitus ... Lipsiae 1575. — Coll. 4: Gvalther, Rudolph: In Hesterae historiam ... homiliarum sylvae ... Tiguri 1587.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
PROVENIENTIA: originis Bohemica, usus Hungarica.

Feria V in Coena Domini

R. 8. *[O Iuda qui dereliquisti consi]lium pacis;* V. *Verax datur fallacibus;* Lect. IX *Divisiones vero graciarum sunt;* R. 9. *Revelabunt celi iniquitatem Iude;* V. *Fiat mensa eorum;* (in rubro) *Finita repeticione prelatus reincipiat R. quo finito mox sine versu. Deus in adiutorium. Et idem prelatus incipiat AA ad Laudes.* AA consuetae. Ad Bn A. *Traditor autem;* (in rubro) *Ad cuius inicium ultima candela extinguitur et finito psalmo et antiphona pueri cantantes melius stantesque retro altare sancti Viti* (!) *cantent ter Kyrieleyson* (!) *Tunc presbiteri excepti stantes in choro beate virginis cantent Jesu Christe qui passurus. Post haec dyacones (!) et subdiaconi canonici stantes ante capellam sancti Wencesali (!) cantent ...*

S. Fr. l. m. 169.

s. 14.

BREVIARIUM STRIGONIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 449×243 mm — binae columnae — lineae exstantes 43 — pars scripta non integra 340×*168 mm, integra cca 340×240 mm — lineatio et punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14.
ORNAMENTA: initiales rubrae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBj 18: Balduinus, Fridericus: Judices. Wittemberg 1617.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*
UNA TRADITA: fragmentula membr.
PROVENIENTIA: et originis et usus Hungarica.

Blasii, Agathae

Blasii Lect. 3. *Audiens hec paupercula mulier — De sancta Agatha virgine A. Veni electa;* Ps. *Laudate pueri;* Cap. *Domine Deus meus exaltasti;* R. *Gaudeamus omnes;* H. *Virginis proles;* V. *Specie tua;* A. *Mentem sanctam;* Or. *Deus qui inter cetera;* Invit. *Regem virginum;* AA *[Ingenua...] omnis parentela; Summa ingenu[itas]; [Ancilla Christi...] ideo me ostendo;* V. *Specie tua;* Lect. I *Quincian[us proconsul]* R. *[Cum ingrederetur...A]gathes in carcerem;* V. *Ego enim habeo;* Lect. II *Hiis itaque.*

S. Fr. l. m. 170.

s. 14/2.

BREVIARIUM DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi intermedium bifolium — 265× 446 mm — binae columnae — lineae exstantes 36 — pars scripta integra 226×168 mm — lineatio per pennam.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/2.
ORNAMENTA: initiales rubrae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBa 2 (1—5): Hubern, Samuel: Widerlegung des Büchlins ... Joerg Scherer ... von einer neuen ... Monstranzen, stampt ... das heilige Nachtmal ... Tübingen 1589. — Coll. 5: Antwort Conradi Vetters der S. J. auf Jacob Schmidels ... Sendschreiben ... Ingolstadt 1589.
UNA TRADITA: impressa Germanica de paentinentia in cruda ff 4.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*
PROVENIENTIA: et originis et usus potest esse Hungarica.

Agathae, Dorotheae, Helenae reg., Apolloniae, Scholasticae, Valentini, Cathedra Petri

f 1 Agathae Invit. *Regem virginum* (inc.) in I. Noct. AA *Ingenua sum et exspectabilis; Summa ingenuitas; Ancilla Christi sum;* Lect. I. *Beatam Agathen virginem et martirem plebs christiana celebri veneratur affectu;* V. *Specie tua* (inc.) RR 1—6. ut in Brev. Patav. et Strigon., R. 7. *Induit me Dns;* R. 8. *Pulchra facie;* R. 9. *Beata Agathes ingressa;* AA ad Laud. ut in Brev. Patav., Strigon.; Bn A. *Paganorum multitudo;* Mg A. *Beata Agathes ingressa carcerem* (Patav. Zagr. Olom.)

f 2 Dorotheae (vix legibilis) R. ultimum *Contristatus est prefectus;* AA ad Laud. ut in Brev. Patav. et Strig.; Bn A. *O nobilis adletha Dni Dorothea pia* (Strigon.); Mg A. *Tu candens veris* (Strigon.) — *Helene regine* Coll. *Presta qs ops Ds ut intercessione beate Helene* — Apolloniae Coll. *Eterne ac fortissime Ds* — Scholasticae Coll. *Familiam tuam qs Dne beate virginis tue Scolastice* — (in rubro) *Nota si dies Valentini occurritur in dca Circumdederunt in secundam feriam transfertur* Lectt I—III *Temporibus Claudii imperatoris Deo dignissimus presbiter. Igitur suscipiens eum Calpurnius; Hiis itaque peractis;* (in rubro) *Juliane virginis collecta ut de sancta Prisca — In cathedra Petri* Cap. *Petrus apostolus electis advenis et in ceteris;* Invit. *Regnum gloriosum;* AA *Beatus vir; Beatus iste; Tu es gloria mea;* Lectt I—II *Institucio solempnitatis; Primum namque fundamentum.*

NOTITIA: Breviarium Franco-Romanum incerti quidem ritus, tamen ritibus in Hungaria olim usitatis et ritibus dioecesanis e regione septemtrionis vel occidentis septemtrionalis antiquo regno Hungariae vicinis sat propinquum esse videtur exempli gratia Helenae die 8. Febr.

S. Fr. l. m. 171.

s. 14 ex.
BREVIARIUM ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum bifolium — 303×380 mm — binae columnae — lineae exstantes 38 — pars scripta integra 201× 137 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis formata s. 14 ex.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae lineis in adverso colore per pennam ductis ornatae, maiusculae rubrae et caeruleae alternatim, rubricae.
LIBER TRADENS: BBk 5: Tesoro celeste della divozione di Maria Virgine madre de Dio ... Venetia 1625.
UNA TRADITA: fragmentula membr.
POSSESSOR: *Ad usum fratris Josephi Tremanini OESA.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Carinthica.

Commune unius martyris et unius confessoris

f 1 Commune unius mart. Ad Laud. et per Horas textus consueti, ut in Brev. Rom.; II Vesp., ad Hom. Gregorii ut in Rom.
f 2 Commune conf. H. *Iste confessor Domini sacratus;* A. *Sacerdos et pontifex* seu *O doctor optime;* ad R. 3. *Juravit Dominus* textus consuetus ut in Brev. Rom.

NOTITIA: fragmentum provenisse videtur e conventu Fluminensi (Fiume, Rijeka, nunc Jugoslavia) OESA provinciae Carinthiae adtinenti. Scripturae indoles breviarium ex aliquo conventu Carinthiae ad Fluminense monasterium portatum fuisse suadet.

S. Fr. l. m. 172.

s. 14/15.

BREVIARIUM ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi medium bifolium — 175×245 mm — binae columnae — lineae exstantes 28 — pars scripta integra 115× 86 mm — lineatio per pennam, punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae lineis in adverso colore ornatae, partes textuum lineis rubris subductae, rubricae.

LIBER TRADENS: BBf 21 (1—3): Samuel, [Marochitanus]: Gespräch zweier jüdischen Rabinen von der Person Christi ... Heidelberg 1583.

UNA TRADITA: impressa Germanica *Von den Fuerstenthummen Herrn und Graffschaften in Deutschen Landen, wie die auffkommen sein. Das Dreyzehende Capitel,* ff 2.

POSSESSOR: *Johannis Füssii (?).*

PROVENIENTIA: et originis et usus incerta (Saxia?).

Nativitatis Johannis Baptistae

R. 3. *Priusquam te formarem;* V. *Vir dilectus a Deo et ab hominibus;* et in ceteris ut in Brev. Rom.; R. 9. (!) *Inter natos;* V. *Fuit homo missus a Deo;* et in ceteris ad Cap., ad IX-am *Reges videbunt* ut in Brev. Rom.

NOTITIA: Breviarium secundum ordinem Curiae Romanae antiphonas et responsoria affert nono tamen responsorio addito (an pertinuerit ad Hospitalarios S. Spiritus de Saxia?).

S. Fr. l. m. 173.

s. 14/15.

BREVIARIUM DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi intermedium bifolium — 210×321 mm — binae columnae — lineae exstantes 23 — pars scripta integra 151× 120 mm.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14/15.
ORNAMENTA: initiales et maiusculae rubrae, rubricae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae.
LIBER TRADENS: BBi 7 (1—4): Scherer, Georg: Ein rewhertzige Vermahnung, Dass die Christen dem Tuercken nicht Huldigen, sondern Ritterlich wider ihn streitten sollen. Wienn 1595.
UNA TRADITA: fragmentulum membr. diplomae Germanicae. 3 fragmentula impressa Germanica, in quibus Transsylvaniae et Turcarum mentio facta est: *[t]ůrgische Lager, Weyda; [W]eissenburg, Statt Claus[enburg], [S]ibenbůrgischer* etc.
POSSESSOR: *Collegii Trenchenensis S. J.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Germanica meridionalis.

Commune unius martyris

f 1v Cap. *Beatus vir qui in sapientia;* R. *Iustum deduxit Dominus;* V. *Immortalis est enim;* H. *Deus tuorum militum* (inc.); V. *Gloria et honore;* Mg A. *Beatus vir qui suffert;* Or. *Qs ops Ds ut nostra devocio;* Inv. *Regem martyrum;* AA *In lege Domini; Predicans preceptum; Voce mea ad Dominum;* V. *Gloria et honore;* Lect. I *Quia beati martyris N sollempnia*

f 2r Ad IX R. br. *Magna est gloria;* Coll. *Sancti martyris tui Dne N qs;* Ad II Vesp. AA *Jocundus homo qui miseretur; Quid retribuam Domino; Domine libera animam; Miserere mihi; Sustinuit anima mea;* Cap. *Custodivit eum Dominus;* Mg A. *Hic est vere martyr;* Or. *Sancti martyris tui N qs Dne nos;* AA *Per me si quis; Qui vult venire; Stolam iucunditatis; Qui dum esset summus pontifex;* Ev. *Nemo lucernam accendat* (Lc 11, 33); Homilia (Bedae) *De seipso Dns.*

NOTITIA: f 1r et f 2v vix leguntur. Propria huius fragmenti haec sunt: Hymnus ad Matutinum deest, Antiphonae et Psalmi speciales ad II Vesperas, Antiphonae plures ad Magnificat in II Vesperis. In hoc ordine ritibus Brixinensi et Moguntinensi proximum est, sed non omnino in textibus.

S. Fr. l. m. 174.
s. 15/1.
BREVIARIUM DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — ff 2, primum et ultimum folium — 226×475 mm, — binae columnae — lineae exstantes 23, orig. cca 27 — pars scripta non integra 155×*185 mm, integra cca 155×217 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica cursiva textualis s. 15/1.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBe 3 (1—24): Gaudich, Christophorus: Grundfest der Seelen Seelig-

keit, Das ist, Gründliche Erklerung des 53. Capitels Esaiae ... Leipzig s. a. — Coll. 20: Creidius, Hartmannus: Friedbergische Valet-Predigt ... Franckfurt am Mayn 1649.

UNA TRADITA: fragmentulum membr.; 7 fragmentula chart. rationum Latinorum.

POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*

PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Dominica Septuagesima, Feria IV Cinerum, Feriae V et VI post Cineres

f 1 Dca Septuagesima Lect. VI *[...] et mortis sibi sententiam acquisiuit;* R. *Immisit Dns soporem;* V. *Hoc nunc os;* Ev. *Simile est r. c. homini patrifamilias* (Mt 20, 1 inc.); *[Homilia S. Gregorii Regnum coelorum homini patrifamilias dicitur ...] quis vero;* R. *Dum deambularet Dns;* V. *Dne audivi auditum;* Lect. *Qui habet vineam;* R. *In sudore vultus tui;* V. *Pro eo quod obedisti;* Lect. IX. *Mane etenim mundi fuit;* R. *[Ubi est Abel frater tuus] me de terra;* V. *Maledicta terra in opere tuo; Ab hinc usque ad festum pasce post gloria patri super nonum responsorium reiteratur versus ad laudes Excelsus super* (inc.); A. *Miserere mei Deus;* Ps. *Ipsum;* A. *Confitebor tibi Dne;* Ps. *Confitemini: qui dicitur in laudibus pro psalmo usque ad diem pasce et prima loco ipsius dicitur Dns regnavit;* A. *Deus Deus meus ad te de luce;* Ps. *Ipsum;* A. *Benedictus es in firmamento; Benedicite;* A. *Laudate Dnm de celis;* Cap. *Fratres nescitis [quod hii qui in stadio current]*

f 2 Fer. IV Cinerum *R. et V. istius quatuor diebus dicuntur feriales ad Vesp. A. et Ps. et versiculi de feria;* Cap. *Frange esurienti;* V. *de feria;* Mg A. *Thesaurizate vobis;* Coll. *ut supra additur;* A. *Vivo ego dicit Dns* — Fer. V Homilia Augustini *In hac lectione videntur;* Lect. *Non autem solum dicere solemus;* Lect. *Rogat centurio Dnm;* Bn A. *Quare ieiunavimus;* Coll. *Deus qui culpa offenderis;* Mg A. *Tu autem cum oraveris;* Fer. VI Ev. *Audistis quia dictum est antiquis* (Mt 5, 43 inc.); *Homilia Origenis Sicut illa precepta.*

NOTITIA: textus fragmenti ad Ferias post Cineres ritibus comparatis non concordant.

S. Fr. l. m. 175.

s. 15/1.

BREVIARIUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 271×190 mm — unica columna — lineae exstantes 16 — pars scripta integra 203×135 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.

ORNAMENTA: initialis una caerulea, initiales et maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, partes textus rubro colore.

LIBER TRADENS: BBc 10 (1—2): Cochlaeus, Iohannes: Quadruplex Concordiae ratio et consyderatio super Confessione(m) Augustana(m) Protestantium ... s. l. 1544.
UNA TRADITA: impressa Germanica *über das xiiij Capitel Johannis Chrisostomi. lxxj predig, Die lxxiiij predig auss dem xiiij Capitel Johannis,* fragmentula 8.
POSSESSOR: *Collegij Tyrnaviensis Societatis Jesu Anno 1674.*
PROVENIENTIA: originis Germanica, usus incerta.

Dominica I Septembris (Historia Iob)

R. *[Induta est caro...] est vita mea;* V. *Dies mei sicut;* Lect. VI *Adhuc loquebatur ille* (Iob 1, 18—21); R. *Memento mei Deus quia;* V. *De profundis clamavi;* R. *Paucitas dierum;* V. *Ecce in pulvere;* R. *Numquid Dominus;* V. *Apprehende arma;* R. *Nocte os meum.*

NOTITIA: responsoriorum ordo saltem Salisburgensi et Pataviensi convenit.

S. Fr. l. m. 176.
s. 15/m.
BREVIARIUM WRATISLAVIENSE

Fragm. membr. — f 1 — 300×211 mm — binae columnae — lineae exstantes 31 — pars scripta integra 225×154 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/m.
ORNAMENTA: initiales rubrae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBg 8: Praetorius, Andreas: Lutherus redivivus, das ist Hertzens, Lebens und Seelenschaft... Leipzig 1611.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*
PROVENIENTIA: originis Silesiaca, usus incerta.

Bartholomaei

Lect. *[In die tres ab historiographis ...] et ideo huc venit in istam provinciam;* Ev. *Facta est contentio* (Lc 22, 24); Hom. Bedae *Boni moris esse solet;* Coll. *Ops s Ds qui huius diei; ... Nota hodie non dicuntur secunde vespere de S. Bartholomaeo sed prime de translacione S. Hedvigis ad vesperas et ad matutinum omnia ut in natali ipsius preter lecciones* ... (in rubro).

NOTITIA: Translatio Hedvigis ducissae Silesiae cultum eminentiorem eiusdem sanctae in ritu Wratislaviensi arguit.

S. Fr. l. m. 177.

s. 15/m.

BREVIARIUM DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 217×177 mm — unica columna — lineae exstantes 21 — pars scripta integra 145×94 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis 15/m.
ORNAMENTA: initiales rubrae, una viridis (olim caerulea), rubricae.
LIBER TRADENS: BBv 8 (1—2): Beza, Theodorus Veselius: Quaestionum et responsionum Christianarum libellus ... (Genevae) 1577.
UNA TRADITA: Biblia in lingua Bohemica edita s. d. Kalicensis cum emendationibus correctoris in rubro (cf S. Fr. l. m. 105.); fragmentula membr. 4.
POSSESSOR: *Josephi Securii Medicinae Doctoris manu propria — Inscriptus Cathalogo Collegij Szakolczensis S. J. 1720.*
PROVENIENTIA: et originis et usus potest esse Hungarica.

Dominicae XV et XVI post Pentecosten

Dca XV Mg A. *Querite primum regnum* — Dca XVI Or. *Ecclesiam tuam Domine;* Ev. *Ibat Jesus in civitatem* (Lc 7, 11); Hom. Bedae *[Defunctus hic qui...] significat;* Bn A. *Ibat Jesus.*

NOTITIA: perlegendae homiliae Bedae ritibus Strigoniensi, Pataviensi et Olomucensi concordant.

DIURNALE

S. Fr. l. m. 178.

s. 15/2.

DIURNALE PATAVIENSE

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi medium bifolium — 198×280 mm — unica columna — lineae exstantes 25 — pars scripta integra 134×92 mm — punctatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.
ORNAMENTA: initiales rubrae, rubricae.
LIBER TRADENS: Me 8 (1—4): Cramerus, Daniel: Tractatus de sublimi corporis spiritualis beatorum mysterio. Witebergae 1603.
UNA TRADITA: duo fragmentula impressa Germanica, e quibus unum fragmentulum cuiusdam calendarii.
POSSESSOR: *Johannes Stumpfius emebat mense Majo anno 1631. — Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1692.*
PROVENIENTIA: originis Germanica (Austria), usus incerta.

Zu der sext añ Aperiens Petrus; Cap. *Petrus ad se; Zu der nonam Adhuc loquente;* Or. *Deus nos apostolos; in den andern vesperas añti Juravit Dominus;* Cap. *Petrus ad se;* H. *Aurea luce;* V. *In omnem terram.*

NOTITIA: rubricae lingua Germanica dantur ad breviarium dioecesis Patavien-sis, quod potissime canonissis Augustini ritum dioecesanum in plurimum sequentibus utilitati esse poterat.

SACRAMENTARIA

S. Fr. l. m. 179. Tab. 45.
s. 12/1.

SACRAMETARIUM GREGORIANUM

Fragm. membr. — f 1 — 339×232 mm — unica columna — lineae exstantes 21 — pars scripta integra 242×153 mm.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina indolis Germanicae s. 12/1.
ORNAMENTA: initiales rubrae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBf 22: Perkinson, Guilielmus: Catholicus Reformatus ... Omnia primo conscripta ... in lingua Anglica ... ac demum in Latinum conversa. Hanoviae 1603.
UNA TRADITA: impressa Latina iuris canonici, ff 8., fragmentula membr. 5.
POSSESSOR: *M. Christophorus Steitlmayr.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Germanica.

Iohannis ante portam Latinam, Gordiani et Epimachi, Pancratii, Mariae ad martyres et in Vigilia Ascensionis Domini

f 1r Iohannis ante portam Latinam Or. *[Deus qui conspicis quia nos undique mala ... bea]ti Iohannis apostoli tui;* (in margine: Ep. *Stabunt [iusti]* (Sap 5, 1 inc.); Ev. *Ego sum vitis* (Io 15, 5 inc.); Super oblata *[Muneribus nostris ... precibusque] susceptis et celestibus;* Compl. *Refecti Dne pane* — Gordiani et Epimachi Or. *Da qs ops Ds ut qui beatorum martyrum Gordiani atque Epimachi;* Secr. *Hostias tibi Domine;* Compl. *Qs ops Ds ut qui celestia alimenta* — Pancratii *Presta qs ops Ds ut qui beati Pancratii martiris tui natalicia;* (in margine Ep. et Ev. ut supra); Secr. *Mu[nera qs Domin]e tibi dicata*
f 1v Compl. *Beati Pancratii martiris tui* — Mariae ad martyres Or. *Concede qs ops Ds ad eorum nos gaudia eterna;* Secr. *Super has qs hostias;* Compl. *Supplices te rogamus* — Vigilia Ascensionis Or. *Presta qs ops Ds ut nostre mentis intentio;* Secr. *Sacraficium tibi Dne pro filii tui*

(in margine Ep.) *Multitudinis [autem] credentium* (Act 4, 32 inc.); Ev. *Sublevatis oculis* (Io 17, 1 inc.) tantum orationes leguntur, praefationes iam desiderantur).

ED.: S. Gregorii Magni: Liber Sacramentorum. PL 78, 102—103 et 108.; Sacramentarium Gregorianum I. ed.: Kl. Gamber. Regensburg 1966. 80—81. (Textus Patristici et Liturgici, Fasc. 4.)

NOTITIA: Orationes missae in Vigilia Ascensionis ritibus Franco-Romanis communes *(Praesta qs ops Ds ut nostrae mentis intentio...*, cum ceteris) his habentur.

S. Fr. l. m. 180.

s. 12/1.

SACRAMENTARIUM

Fragm. membr. — f 1 — duo fragmentula restant folii: 18×126 mm et 18×124 mm — unica columna — lineae exstantes 3, id est prima, antepaenultima et paenultima, orig. cca. 18 — pars scripta non integra *26×*75 mm, integra cca. 195×130 mm.

SCRIPTURA: minuscula praegothica textualis s. 12/1.
ORNAMENTA: maiusculae duae rubrae et rubrica.
LIBER TRADENS: BBj 13 (1—4): Gesner, Salomon: Dodecas disputationum theologicarum ... Lunaeburgi 1621. — Pro tegumine eiusdem libri inserviebat etiam S. Fr. l. m. 114.
POSSESSOR: *Inscriptus Cathalogo Librorum Collegij Gyns 1739.*
PROVENIENTIA: originis incerta, usus Hungarica.

Orationes votivae

f 1r Coll. *[Deus qui errantibus...] ea que sunt apta sectari. Per.;* Ad poscendam serenitatem Secr. *[Praeveniat] nos qs Dne gracia tua semper et su[bsequatur et has obla]tiones quas pro peccatis nostris [nomini tuo]*

f 1v *[omni]um sanctorum tuorum cunctis nobis [proficiant ad salutem];* Compl. *Plebs tua Dne [capiat sacre bene]dictionis augmentum et copi[osis].*

NOTITIA: ad restituendum folium Praefationem inter Secreta et Complenda supponere debemus. In margine folii primi legitur oratio a manu altera et posteriore aevo inscripta pro intercessione sanctorum *A cunctis nos qs Dne mentis et corporis de[fende periculis]* (Oratio ab Innocentio III dictata). Primus possessor libri tradentis fragmentorum 114 et 180 usum Hungaricum codicum quondam, excludi videtur. Sed considerandum est, quod S. Fr. l. m. 114. una cum fragmentis 115, 116, 117

e tegumentis librorum tradentium diversorum seiuncta, ex eodem graduali exstant. Possessores horum librorum tradentium officinam bibliopegae Posonii indicant.

S. Fr. l. m. 181.

s. 12/1.

SACRAMENTARIUM

Fragm. membr. — quattuor fragmentula — unica columna — pars scripta integra cca. min. 170×110 mm — lineae exstantes 10 et 7; orig. cca. min. 23.

SCRIPTURA: minuscula postcarolina s. 12/1.
ORNAMENTA: litterae initiales et maiusculae rubrae.
LIBER TRADENS: BBf 18: Kircher, Johannes: Aetiologia in qua migrationis suae, ex Lutherana Synagoga in Ecclesiam Catholicam veras et solidas rationes ... exponit ... Viennae Austriae 1640. Pro tegumine eiusdem libri inserviebat etiam S. Fr. l. m. 101.
UNA TRADITA: impressa ephemeridis Germanicae tempore s. d. belli triginta annorum.
POSSESSOR: *Collegii Pazmaniani S. J. Viennae. Catalogo inscriptus 1640. — Monasterii Tallensis Catalogo inscriptus 1646.*
PROVENIENTIA: et originis et usus Austriaca.

Bartholomaei, Hermetis, Augustini, Johannis Baptistae, Sabinae, Felicis et Audacti

f 1r pars superior Bartholomaei Or. *[Ops s Ds qui huius diei venerandam ... t]ui Bartholo[mei];* Secr. *[Beati apostoli tui ... cuius s]ollemnia recen[semus];* Ptcomm. *Sumpsimus [Dne pignus salutis eterne celebrantes bea]ti Bar[tolomei]*

f 1r pars inferior Hermetis Or. *[Ds, qui beatum Hermetem ... et nulla eius] aduersa;* Secr. *[Sacrificium tibi Dne laudis offerimus ... da qs] ut quod i[ll]is cont[ulit gloriam];* Ptcomm. *Repleti [Dne benedictione coelesti ... clemen]tiam tuam ut inter[cedente]* — Augustini Or. *[Adesto supplicationibus nostris ... quibus fid[utiam sperande [pietatis]*

f 1v pars superior Ptcomm. *[Ut nobis Dne tua sacrificia ... confes]sor tuus Augu[stinus pontifex]* — Decollatio Johannis Or. *Sancti Ioh[annis];* Secr. *[M]unera t[ibi]*

f 1v pars inferior Sabinae Or. *[Ds, qui inter cetera potentie ... cont]ulisti con[cede propitius];* Secr. *[H]ostias t[i]bi Dne b[eatae Sabinae];* Ptcomm. *[Divini muneris largi]tate satiati qs* — Felicis et Adaucti Or. *Mai[estatem tuam, Dne] sup[plices deprecamur].*

S. Fr. l. m. 182.

s. 13/2.

SACRAMENTARIUM PATAVIENSE

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi intermedium bifolium — 245× 371 mm — unica columna — lineae exstantes 16 — pars scripta integra 182×125 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 13/2.

ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae lineis in adverso colore per pennam ductis ornatae, maiusculae rubrae, rubricae.

LIBER TRADENS: Rd 50 (1—4): Smiglecius, Martinus: Nodus Gordius seu de vocatione ministrorum disputatio ... Cracoviae 1609.

UNA TRADITA: RMNy 1553: Kanizsai Pálfi János: Arany temjénező. Pápa 1632., f 1.; impr. Latina s. 16., ff 2, Evangelium scd Mt et Mc.

POSSESSOR: *Catalogo Societatis Jesu Tyrnaviensis Inscriptus 1632. L[ittera] M. n[umero] 23.*

PROVENIENTIA: originis Pataviensis, usus Hungarica (cf Una tradita).

Feriae III, IV, V post Dominicam III Quadragesimae et Feriae IV, V, VI post Dominicam IV

f 1 Fer. III pt dcam III Or. *Exaudi nos ops et misericors Ds et continentie;* Secr. *Per hec veniat;* Compl. *Sacris Dne mysteriis;* Super populum *Tua nos Dne protectione* — Fer. IV Or. *Presta nobis qs Dne ut salutaribus;* Secr. *Suscipe qs Dne preces populi tui;* Compl. *Sanctificet nos Dne;* Super populum *Concede qs ops Ds ut qui protectionis* — Fer. V Or. *Concede qs ops Ds ut ieiuniorum nobis;* Secr. *Fac nos qs Dne ad sancta mysteria;* Compl. iam desideratur

f 2 Fer. IV pt dcam IV Or. *[Deus iustis ...] tuis, ut reatus nostri confessio;* Alia Or. *Presta qs ops Ds ut quos ieiunia votiva;* Secr. *Supplices te Dne rogamus;* Compl. *Sacramenta que sumpsimus;* Super populum *Pateant aures misericordie* — Fer. V Or. *Presta qs ops Ds ut quos ieiunia;* Secr. *Purifica nos misericors Ds;* Compl. *Celestia dona capientibus;* Super populum *Populi tui Ds institutor et rector* — Fer. VI Or. *Ds qui ineffabilibus mundum renovas sacramentis.*

NOTITIA: textus fragmenti Missali Pataviensi in omnibus concordant, sed non Strigoniensi.

PROSARIA

S. Fr. l. m. 183.

s. 15/1.

PROSARIUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 378×248 mm — binae columnae — lineae exstantes 31 — pars scripta integra 287×185 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/1.
ORNAMENTA: initiales et maiusculae rubrae et caeruleae alternatim, rubricae.
LIBER TRADENS: BBk 14 (1—2): Lundorpius, Michael Casparus: Sleidani Johannis De statu religionis ac reipublicae ... Francofurti 1619.
UNA TRADITA: fragmentulum membr.
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

In Ascensione Domini, de Spiritu Sancto, de Trinitate

In Ascensione: *[Summi triumphum regis prosequamur] laude* (Ch 19504); de Spiritu Sancto: *Sancti Spiritus assit nobis gratia* (Ch 18577); *Veni sancte spiritus et emitte* (Ch 21242); de Trinitate: *Benedicta semper sancta* (Ch 2433).

S. Fr. l. m. 184.

s. 15/2.
PROSARIUM MISSALIS

Fragm. membr. — f 1 — 365×216 mm — binae columnae — lineae exstantes 33 — pars scripta non integra *280×*155 mm — lineatio in rubro.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.
ORNAMENTA: initiales et maiusculae rubrae et caeruleae alternatim, rubricae.
LIBER TRADENS: BBe 4 (1—4): Decumanus, Johannes: Kurtze summarische wahrhafte Disputation. Bruck a.d. Teya 1602.
UNA TRADITA: impressa Germanica: Kalendarium (Pataviense: *Stephani Erfindung* in rubro) ff 2.
POSSESSOR: *Bibliotheca Pestiensis O.S. Pauli P.E. 1773.*
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta (Germanica meridionalis?).

De Beata Maria Virgine

Uterus virgineus thronus est eburneus (Ch 21086); *Ave plena gratie mater* (Ch 2034).

NOTITIA: praeterea aliae sequentiae, quarum tamen initia erui non poterant, ceteroquin versus finem medii aevi exortae, mediocris valoris esse dic possunt.

S. Fr. l. m. 185.

s. 10/11.

LECTIONARIUM MISSAE

Fragm. membr. — f 1 — 101×69 mm — unica columna — lineae exstantes 16, orig. cca 28 — pars scripta non integra *86×*43 mm, integra cca 150×86 mm — lineatio.

SCRIPTURA: minuscula carolina s. 10/11. indolis Italicae.
ORNAMENTA: initialis unica nigra duobus punctis rubris ornata, cadenciae in rubro.
LIBER TRADENS: BBe 1 (1—7): Nigrinus, Georgius: Warhafftiger, grundlicher, christlicher Bericht, ... auf das Buch Caspar Alunbergen ... s. l. 1591. — Coll. 6: Lonern, Josua: Zwo Christliche und trosthaftige Predigten. Leipzig 1592. (cf Poss.). Pro tegumine eiusdem libri inserviebat etiam S. Fr. l. m. 34.
UNA TRADITA: cf S. Fr. l. m. 34.
POSSESSOR: Coll. 6: *Ex libris Joannis Kuhn Amorbacensis 1615.*
PROVENIENTIA: originis Italica, usus Germanica meridionalis.

Feriae III et IV Hebdomadae Maioris

f 1r inc.: *[exspi]ravit. Et velum ...*
des.: ... *donavit corpus* (Mc 15, 37—45)
f 1v inc.: *[e]t de gentibus ...*
des.: ... *despectum et novissimum* (Is 63, 3—7; 53, 1—3).

S. Fr. l. m. 186.

s. 12/1.

LECTIONARIUM MISSAE

Fragm. membr. — f 1 — 290×215 mm — unica columna — lineae exstantes 26 — pars scripta integra 222×140 mm — lineatio et punctatio.

SCRIPTURA: minuscula praegothica textualis s. 12/1.
ORNAMENTA: initiales rubrae, rubricae.
LIBER TRADENS: GGc 2: Ionas, Iustus: Annotationes in Acta Apostolorum. Wittembergae 1524. Pro tegumine eiusdem libri inserviebat etiam S. Fr. l. m. 132.
POSSESSOR: *1576. Georgius Albinus F.F.*
PROVENIENTIA: et originis et usus incerta.

Sabbatum post Dominicam Iudica, Dominica Palmarum

Ev. *[Dixit ergo eis Iesus...] panem vivet in eternum* (Io 6, [54—58] 59—72) — Dca Palmarum Lect. *Hoc enim sentite in vobis* (Phil 2, 5—11); *Passio Dni nostri Iesu Christi scd Matheum Scitis quia post biduum* (Mt 26, 2—15 [16—75]).

S. Fr. l. m. 187. Tab. 46.

s. 12/1.

LECTIONARIUM MISSAE

Fragm. membr. — f 1 — 242×180 mm — unica columna — lineae exstantes 22 — pars scripta integra 186×118 mm.

SCRIPTURA: postcarolina s. 12/1., litterae lineis parumper tortis exaratae.
ORNAMENTA: initiales rubrae ornamentis rubris decoratae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae (cf Tab.).
LIBER TRADENS: BBc 2: Philippus, Henricus: Manuale chronologicum Veteris Testamenti. Antverpiae 1635.
UNA TRADITA: fragmentula chart. breviarii Romani in cruda.
POSSESSOR: *Catalogo Collegii Tyrnaviensis Societatis Jesu 1638. Littera P. numerus 405.*
PROVENIENTIA: modico intervallo editus liber iam Collegio Tyrnaviensi inscriptus, locum eundem, quo compactus fuisset, itemque fragmenti originem Hungaricam suadet.

Pro Defunctis

f 1r Ev. *[Omne quod] dat mihi pater* (Io 6, 37—40); Lect. *Nolumus vos ignorare* (Th 4, 13—18)
f 1v Ev. *Sicut pater suscitat* (Io 5, 21—24); Lect. *[Ecce vobis dico ... re]surgemus* (I Cor 15, 51—57).

S. Fr. l. m. 188.

s. 15/2.

LECTIONARIUM MISSAE PATAVIENSE SEU STRIGONIENSE ANTIQUIORIS ORDINIS

Fragm. membr. — f 1 — 346×226 mm — binae columnae — lineae exstantes 29 — pars scripta integra 276×176 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 15/2.
ORNAMENTA: initiales rubrae et caeruleae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae.
LIBER TRADENS: BBd 14 (1—2): Becanus, Martinus S. J.: Disputatio theologica, An Deus sit auctor peccati? contra Calvinistas ... Moguntiae 1604.

POSSESSOR: *Collegii Tyrnaviensis Societatis Jesu Catalogo inscriptus 1665. Littera B. Numero 312.*
PROVENIENTIA: et originis et usus potest esse Hungarica.

Feriae IV et VI post Dominicam XIV post Pentecosten

Fer. IV Ep. *[Nolite iugum ducere ...] participacio iusticie* (II Cor 6, 14—18 et 7, 1); Ev. *Venit ad Jesum leprosus deprecatus* (Mt error scriptoris, recte Mc 1, 40—45); Fer. VI Ep. *Qui bene presunt presbyteri* (I Tim 5, 17—21) Ev. *Dixit autem quidam ei de turba* (Lc 12, 13—24).

NOTITIA: pericopae huius fragmenti in missali Pataviensi impresso inveniuntur, in Strigoniensi vero non, sed in libris manuscriptis adsunt. Possessor libri tradentis probabilitatem ritus Strigoniensis affirmat.

MISSALIA

S. Fr. l. m. 189.
s. 12/1.
MISSALE

Fragm. membr. — f 1 — 90×17 mm — unica columna — lineae exstantes 2 — pars scripta non integra *90×*17 mm — lineatio.

SCRIPTURA: minuscula praegothica textualis s. 12/1.
ORNAMENTA: supersunt nulla.
LIBER TRADENS: BBd 4 (1—3): Schropff, Johann: Handlungen des allgemein conciliumbs ... in die teutsche Sprach gebracht durch Johann Schopffen. Tübingen 1582. — Pro tegumine eiusdem libri inserviebat etiam S. Fr. l. m. 229.
POSSESSOR: *Collegii Societatis Jesu Posonij ad S. Salvatorem 1690.*
PROVENIENTIA: originis incerta, usus potest esse Hungarica.

Dominica Quinquagesima

f 1r Ep. *[Si linguis] hominum loquar* (I Cor 13, 1 [1—13])
f 1v Ev. *[Cum autem turba... pro]perarent ad Iesum* (Lc 8, 4—5 [5—13]).

S. Fr. l. m. 190.
s. 13/ex.
MISSALE FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 257×209 mm — binae columnae — lineae exstantes 27, orig. 29 — pars scripta non integra *180×136 mm, integra cca 194×136 mm — lineatio et punctatio.

Scriptura: gothica textualis s. 13/ex.
Ornamenta: initiales duae rubrae quarum una valde detruncata, initialis caerulea cum lineis rubris per pennam ductis ornata, maiusculae nigrae cum lineis rubris duplicatae, rubricae.
Liber tradens: BBf 2 (1—2): Aretius, Benedictus: Commentarii in Epistolas Pauli ad Philippenses ... Morgii 1580.
Una tradita: fragmentulum membr.
Possessor: *Andreae Totth* (?)
Provenientia: et originis et usus incerta.

Feria IV post Dominicam Laetare

Lect. *[Haec dicit Dominus...] ut sciant gentes* (Ez 36, 23—28); R. *Venite filii audite me;* V. *Accedite ad eum;* Lect. 2. *Hec dicit Dominus Deus. Lavamini* (Is 1, 16—19); R. *Beata gens;* V. *Verbo Domini;* Tr. *Domine non secundum;* Ev. *Preteriens Iesus vidit hominem* (Io 9, 1—2 [2—3] 3—22 [22—38]).

Notitia: quoniam graduale responsorium appellatur, ritus fragmenti Franco-Romanus est dicendus.

S. Fr. l. m. 191.
s. 13/14.
MISSALE

Fragm. membr. — ff 2, fasciculi primum bifolium — 239×361 mm — unica columna — lineae exstantes 17, orig. 20 — pars scripta non integra *177×147 mm, integra cca 207×147 mm — punctatio.

Scriptura: gothica textualis formata s. 13/14.
Ornamenta: initiales rubrae et caeruleae partim decoloratae, rubricae.
Liber tradens: BBi 4: Gravina, Dominicus: Pro sacrosancto ordinis sacramento vindiciae orthodoxae, adversus heareseologias Marci Antonii de Dominis archiapostatae Spalatensis. Neapoli 1634.
Una tradita: 2 fragmentula impressa Germanica.
Possessor: *Collegii Pasmanei Societatis Jesu Viennae Catalogo inscriptus Littera D.N.6. 1664.*
Provenientia: et originis et usus incerta.

Praefationes et communicantes — Canon missae

f 1 Praef. in Ascensione Domini, de Sancto Spiritu et in festo SS Trinitatis
f 2 Canon missae: *Corpus Domini Nostri Jesu [Christi custodiat]* usque ad finem.

S. Fr. l. m. 192.

s. 14.

MISSALE DIOECESANUM FRANCO-ROMANUM

Fragm. membr. — f 1 — 282×188 mm — unica columna — lineae exstantes 30 — pars scripta integra 217×145 mm — lineatio.

SCRIPTURA: gothica textualis s. 14.

ORNAMENTA: initiales rubrae, maiusculae nigrae lineis rubris duplicatae, rubricae, numerus folii in margine superiore rubri coloris *CCXLII.*

LIBER TRADENS: BBi 6 (1—17): Althofer, Christoph: Speculator anticalvinianus ... Althdorphii 1636. — Coll. 17: Epistolae Paulinae ad Galatas, Disputationes I—XII. Althorphii 1639—1646. (cf Lib. trad. S. Fr. l. m. 110.).

